Q. HORATI FLACCI

OPERA

RECENSVERVNT

O. KELLER ET A. HOLDER

VOL. II

SERMONVM LIBRI II EPISTVLARVM LIBRI II
LIBER DE ARTE POETICA

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXVIIII

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI

LVDOVICO · KAYSERO

GVILELMO · TEVFFELIO

PIETATIS · ERGO

A' = liber archetypus codicum *A* et *a*.

A = codex Parisinus 7900ª saeculi (VIIII—) X. olim Puteaneus.

a = codex Auenionensis nunc Ambrosianus O. 136 sup. saeculi VIIII (—X.)

D = codex Oberlinianus A nunc Argentoratensis C VII. 7 saeculi (VIIII—) X.

E' = liber archetypus codicum *E* et *e*.

E = codex Emmerammensis 685 nunc Monacensis Lat. 14685 saeculi XI.

e = schedae Stutgardianae mss. poet. et phil. nr. 53 saeculi XI—XII.

γ = codex Bliaudifontanus nunc Parisinus 7975 saeculi XI.

B = codex Bernensis 363 olim Floriacensis saeculi VIII—VIIII.

C = codicis Monacensis 14685 pars altera manu atque *E* scripta saeculo XI.

F = liber archetypus codicum *φ* et *ψ*.

φ = codex Parisinus 7974 olim Remensis saeculi X.

ψ = codex Parisinus 7971 olim Floriacensis saeculi X.

λ' = liber archetypus codicum *λ* et *l*.

λ = codex Parisinus 7972 olim Jo. Jacobi Menteli saeculi VIIII—X.

l = codex Leidensis Lat. nr. 28 olim s. Petri Beluacensis saeculi X ineuntis.

δ' = liber archetypus codicum *δ* et *d*.

δ = codex Harleianus 2725 siue Graeuianus saeculi VIIII—X.

d = codex Harleianus 2688 saeculi VIIII—X.

ε = codex Einsidlensis 361 olim s. Geroldi saeculi X ineuntis.

u = codex Parisinus 7973 olim Floriacensis saeculi X ineuntis.

β' = liber archetypus codicum *β* et *Fran.*

β = codex Bernensis 21 olim Floriacensis saeculi X.

Fran. = codex Franekeranus nunc Leeuwardensis olim Genauensis saeculi XI—XII.

ν = codex Nienburgensis nunc Dessauiensis A saeculi X ineuntis.

π' = liber archetypus codicum *π* et *Lips.*

π = codex Parisinus 10310 saeculi X—XI.

Lips. (II) = codex Lipsiensis rep. I. 4. 38 saeculi X.

σ = codex Sangallensis oppidanus 312 olim Francogallicus saeculi X.

τ = codex Turicensis Carolinus 6 saeculi X.

g = codex Gothanus chart. B 61 saeculi XV.

r = codex Parisinus 9345 saeculi XI.
v = codex Parisinus 8213 saeculi XIII.
V = codex Blandinius qui dicitur uetustissimus.
y = codicum aliorum atque *Ω* ϛ aut singuli aut nonnulli.
ω = editionum ante Cruquium aut singulae aut nonnullae.
Porph.' = liber archetypus interpretationum *Porph.* et *Porf.*
Porph. = interpretationes codicis Monacensis Lat. 181 saec. VIIII (—X).
Porf. = interpretationes codicis Wolfenbuttelani Gudiani Lat. 85 saeculi XIIII.
Pph'. = lemmata *Pph.* et *Pf.* inter se congruentia.
Pph. et Pf. = interpretationum *Porph.* et *Porf.* lemmata.
Acr. = interpretationes Pseudoacronis.
Ac. = lemmata Pseudoacronis (cod. *v*).
schol. Γ = ea scholia marginalia quae non ad *Ac. Acr.* pertinent, ueruntamen non solum in cod. *γ*, sed in aliis quoque libris manu scriptis, ut in *r Bamberg. Barcin. Franeker.,* passimque etiam in cod. *v* reperiuntur.
gloss. Γ = ea scholia interlinearia quae non tantum in cod. *γ*, sed etiam in aliis, ut in *E a Bamberg. Barcin.* extant.
tractat. Vindob. = tractatus Vindobonensis de arte poetica nr. CXLV saeculi X.

FASCICVLVS 1

Q. HORATI FLACCI

SERMONVM LIBRI II

RECENSVIT

ALFREDVS HOLDER

Q. HORATI FLACCI
SERMONVM
LIBER PRIMVS

I

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem

TESTIMONIA.

I 1. INSCR. cf. Apoll. Sid. c. 9, 233 sqq.: 'non quod per satiras, epistularum sermonumque sales nouumque epodon libros carminis ac poeticam artem Phoebi laudibus et uagae Dianae conscriptis uoluit sonare Flaccus'. c. 23, 453: 'quamuis post satiras lyramque tendat ille ad Pindaricum uolare cygnum' 1—3 cf. Hildebert. moral. phil. 980: 'ex hoc uitio oritur, quod nemo sua sorte contentus uiuat, sed laudet diuersa sequentes' 1 'qui fit Maecenas' gloss. Mai class. auct. VIII 490

VARIA LECTIO.

Ω″ = omn. codd. DEγBFλ′(λl)δ′(δd)u; ς″ = aut omnes codd. β′νπ′ σagr(dl) aut ea pars horum codd. ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. νσagr(dl) aut ea pars horum codd. ex quibus non aliae lectiones notantur

Sermonvm I 1. Q · HORATII FL · EPISTOLARVM ‖ LIBER · II · EXPLIC̄ ‖ INCIPIT SERMONVM LIBER PRIMVS · *E* Q · HORATII FLACCI · LIBER · SERMO ·NV̄· PRIMVS INCIPIT *γ* FINIT ‖ POETICA ‖ SERMON̄ LIB · I · INCIPIT · *B* Q · HORATII · F · EPLARV̄ · LIB̄ · II · EXP̄ ‖ INCIPIT SERMONV̄ · LIB̄ · I · *F* Q · HORATII FLACCI (FL *δ*) EPISTOLARV̄ LIB̄ · II · EXPLICIT INCIPIT SERMONVM LIBER · I · *λδ* (*a cons. d*) Q . HOR̄ · F · SCLARE CARM̄ EXPLIC̄ ‖ INCIPIT SERMONV̄ LIB PRIMVS *u inscriptionibus carent D* (*νl*) Q · H · F · Carmen seculare explicit: incipit Eclogarum [Sermonum *V*2] liber primus *y* [*V*] '*in Blandiniis singula notata sunt hoc titulo:* Ecloga 1. 2. 3. &c.' *Cr.* SERMONES *hi libri nuncupantur etiam apud ueteres grammaticos. ex omnibus quos contulimus libris nullus exhibet titulum saturarum.* HORATII FLACCI CARMINVM LIBER · V · EXPLI‖CIT : INCIPIT SERMONVM LIB̄ · I *Porph.* 'Quamuis saturam (saty: *Porf.*) esse opus hoc suum Horatius ipse confiteatur .... tamen proprios titulos uoluit ei accommodare. nam hos priores duos libros 'sermonum' posteriores 'epistularum (episto: *Porf.*)' inscripsit (inscribens *Porph.*) *Porph.′* 'Quamuis igitur hoc opus saturam esse Horatius ipse profiteatur . . . tamen proprios titulos uoluit ei accommodare hos priores duos libros sermonum (eplarū *ν*), posteriores epistolarum (sermones *ν*) scribens' *Acr.* 1 Quid *E a. ras. y Pph. alt. l. recte Pph.′ Porph.′ Ac.* maecenas *EB* (*νa et β*) mecęnas *δ′* mecēnas *D* mecenas *cett.′*

seu ratio dederit seu fors obiecerit, illa
contentus uiuat, laudet diuersa sequentis?
'o fortunati mercatores!' grauis annis
miles ait multo iam fractus membra labore.
contra mercator, nauem iactantibus austris,
'militia est potior. quid enim? concurritur: horae
momento cita mors uenit aut uictoria laeta'.
agricolam laudat iuris legumque peritus,
sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

TESTIMONIA.

3 cf. Sedul. carm. pasch. I 325: 'ambo errore pares, quamquam diuersa sequentes' 4—19 cf. Maximus Tyrius diss. 21, 1 '*καὶ ἴδοις τὸν μὲν γεωργικὸν μακαρίζοντα τοὺς ἀστικοὺς ὡς συνόντας βίῳ χαρίεντι καὶ ἀνθηρῷ· τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν δικαστηρίων, καὶ τοὺς πάνυ ἐν αὐτοῖς εὐδοκίμους, ὀδυρομένους τὰ αὐτῶν καὶ εὐχομένους ἐπὶ σκαβάνῃ βιῶναι καὶ γηδίῳ σμικρῷ. ἀκούσῃ δὲ τοῦ μὲν στρατιωτικοῦ τὸν εἰρηνικὸν εὐδαιμονίζοντος, τοῦ δὲ ἐν εἰρήνῃ τὸν στρατιωτικὸν τεθηπότος. καὶ εἴ τις θεῶν ὥσπερ ἐν δράματι ὑποκριτὰς ἀποδύσας ἕκαστον τοῦ παρόντος βίου καὶ σχήματος μεταμφιέσει τὰ τοῦ πλησίον, αὖθις αὐ οἱ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ποθήσουσι μὲν τὰ πρότερα, ὀδυροῦνται δὲ τὰ παρόντα. οὕτω δυσάρεστόν τί ἐστιν ὁ ἄνθρωπος κομιδῇ καὶ φιλαίτιον καὶ δεινῶς δύσκολον καὶ οὐδὲν τῶν* (*τὰ Duebner*) *αὐτοῦ ἀσπάζεται*'. 4—5 'o felices mercatores — ait' Petrus Cluniacensis epist. IIII 36 6—7 'mercator — potior' Petrus Cluniacensis epist. IIII 36 7—8 'concurritur — laeta' Ioann. Saresber. policr. VII 16

VARIA LECTIO.

2 fors *DEγFλ'δ'u* ς' (*et omn. Bland.*) *Pph.' Porph.' Ac. Acr.* sors *B* (*et Lips.*) *schol. D* ψ 'fortuna elegerit' *Porph.' schol. F cf.* fors *opp.* ratio *apud Cic. ad Att.* XIIII 13, 3 ulla *E* ψ *a. ras.* (*v a. ras.* σ) *y opp. Pph.'* 3 laude *B* laudat *Ey opp. Ac.* sequentis *Bδ'* (*π'r*) *y* [*Reginensis* 1 *Vossianus*] sequentes *cett.'* ς' 4 fortunate *B* gaues *B* annis *Ω''* ς'' *gloss. Γ* armis *coni. Bouhierus sed cf. Verg. Aen.* VIII 246: 'hic annis grauis atque animi maturus Aletes' *Theocr.* XXIIII 100: '*Τειρεσίας πολλοῖσι βαρὺς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς*' *Appulei. met.* II 2, 85: 'senex iam grauis in annis' 5 mites *B* menbra *λu* labore] dolore *u* 6 **INCIPIT** *cod. e;*

$$\Omega''' = DE'(Ee)\gamma B F\lambda'(\lambda l)\delta'(\delta d)u$$

nauim *D*1 *γB pr. r* (*r corr. et Fran.*) nauem *cett.'' D*2 ς' (*e euanuit*) *Porph.'* 7 Milicia *Dλ* pocior *D* portior φ *a. ras.* quid enim *Ω'''* ς'' *Pph.' Ac. cf.* II 3, 142 quidni *y ortum ex Acr.*: 'quare non et est comicum' 8 cita *Ω'''* ς'' (*et* 4 *Bland.*) *Pph.' Ioannes Saresber.* aut cita *y Bentl.* (*quod ex gloss. F inrepsisse uideatur*) lφeta *γ* leta *u* le,,ta *λ* letta *λ a. ras.* 9 laudat] ladat *δ'*1 10 cantū φ cantu *u* (*et Fran.*) *y opp. Pph.' Porph.' Ac. Acr.* consultor cantum *B opp. Pph.' Acr.* ubi

ille datis uadibus qui rure extractus in urbem est,
solos felices uiuentis clamat in urbe.
cetera de genere hoc, adeo sunt multa, loquacem
delassare ualent Fabium. ne te morer, audi
quo rem deducam. si quis deus ‘en ego’ dicat
‘iam faciam quod *uoltis; eris tu, qui modo miles,
mercator; tu, consultus modo, rusticus: hinc uos,
uos hinc mutatis discedite partibus. heia!
quid statis?’ — nolint. atqui licet esse beatis.
quid causae est, merito quin illis Iuppiter ambas
iratus buccas inflet neque se fore posthac
tam facilem dicat, uotis ut praebeat aurem?
praeterea ne sic ut qui iocularia ridens
percurram, (quamquam ridentem dicere uerum

TESTIMONIA.

13—14 ‘cetera — loquacem ut lassare queant (lassare ut ualeant *ed. Ascens.*) Fabium’ Ioann. Sar. policr. I 13 24 ‘ridentem — uerum’ Ioann. Sar. pol.VIII 11 ‘quam dicere uerum’ ecbasis capt. 484

VARIA LECTIO.

Ω‴ = DE′γBFλ′δ′u; ς″ = omn. codd. β′νπ′σagr (del) praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur; ς = omn. codd. νσagr (del) praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur

ostia] osti. (a supra) vbi *E* ostia *E′* (*π′dır*) hostia *cett.′ς′ Pph.* 11 rupe (r supra) *E* urbe *Bu* 12 uiuentis *γ* (*π′ a lpr. ut uid. r*) *y* [*Mellic. Valentian.* 1] uiuentes *cett.″ς′* cantat *By* 13 Cetera *E′Bλδ′u* Caetera *DγF* loqce (a supra) *B opp. Ac.* 14 ualent] uolent *Epr. opp. etiam Pph.′* moror *E* (morer *e*) 16 uultis *Ω‴ς″* 18 motatis *E* (*non e*) discite *γ*1 heia *E p. ras.* (*aeg*) heha *E a. ras.* eia *cett.″ ς″* 19 nolent *B y* nolint *cett.‴ ς″* (*et omn. codd. Cr.*) *cf. Cic. Cat. mai.* 23, 83: ‘siquis deus mihi largiatur . . . ualde recusem’ adqui *δ′* beatis *Ω‴ς″ Ac.* beatos *νy* 20 est] *om. u pr. y opp. Pph.′Ac.* iupiter *γδ′* (*lr et Fran.*) iuppiter *cett.′ ς′* turpiter *Peerlk.* 21 bucchas *u opp. cett.‴ς″ Acr.* ponsthac *E a. ras.* *uu.* 22 *sq. inuerso ordine in B* *u.* 22 *post u.* 27 *positus in y* [*Taurin.* 1 *aut pr.*] 22 prebeat *γδ′λu* *uu.* 23—27 ne — ludo *parenthesi inclusit Bentl.* 23 Preterea *E′λ′δ′u* Praeterea *cett. est Lucretianum* Praetereo *y Bouhierus* interea *Peerlk. recte Pph.′ Ac.* ne *DE′γBδ′u ς″* nec *Fλ* (*g* 1) *Pph.′* ut *add. E supra u.* occularia (i supra) *δ* (ocularia *d*1 *Acr.*) 24—27 quamquam — ludo *parenthesi inclusit Wakefieldus* 24—26 quamquam — prima *parenthesi inclusit Lambinus* 24 Percurrant *B*

quid uetat? ut pueris olim dant crustula blandi
doctores, elementa uelint ut discere prima,
sed tamen amoto quaeramus seria ludo:)
ille grauem duro terram qui uertit aratro,
perfidus hic caupo, miles nautaeque per omne
audaces mare qui currunt, hac mente laborem
sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,
aiunt, cum sibi sint congesta cibaria: sicut
paruola (nam exemplo est) magni formica laboris
ore trahit quodcumque potest atque addit aceruo
quem struit, haut ignara ac non incauta futuri.
quae, simul inuersum contristat Aquarius annum,

TESTIMONIA.

25—26 'sic pueris — prima' Ioann. Saresber. metal. III 3 'ut — doctores' Seruius ad Aen. VII 115 'dant — doctores' Seruius ad georg. III 360 25 cf. Hieronym. epist. 128: 'itaque Pacatula nostra — litterarum elementa cognoscat, iungat syllabas, discat nomina, uerba consociet, atque ut uoce tinnula ista meditetur, proponatur ei crustula' 27 cf. ecbasis capt. u. 831: 'ne tamen — ludo' 29—30 'per — currunt' schol. Γ ad epist. I 5, 2 33 Seruius ad Aen. IIII 402. floril. Paris. 8818[a] et Nostradam. 188 36—37 'quae — prorepit' Seruius ad Aen. IIII 403 36 Pseudoacron uolgatus (non A) ad epod. 11, 13 cf. Auson. epist.

VARIA LECTIO.

quanquam *Fλ* quamquam *DE'γ Bδ'u* discere *γ a. ras.* (*π'a*) *opp. Acr.* 25 Qu[d]i *δ'* dant olim *γ* olim dant *cett.''* (da[n]t *δ*) *Pph.' Seru. Ioann. Saresber.* 26 ut discere] indiscere *D pr. B* 27 Set *γ pr.* et *Peerlk.* tamen] tandem *Peerlk.* ama[o]to *F* amisso *By* [*Argentorat.* III, *Regius*] *opp. ecb. capt.* queramus *Eδ'φu* quaerantur *Peerlk.* 28 qui terram *rγ Meinekius* uertit *E* 29 hic] hi[c] *λ* caupo *Ω'''ς''* campo *y* [*Bruxell.* 10063 *a* 1. *m. Valentian.* 390 *Vaticani G Palatinus A*1 *DF Chisianus B ap. Feam;* caupo *Reginens.*, *Zulichem.*] *schol. tacent alii alia coni.:* causidicus uafer hic, callidus (prouidus, perfidus) hic cautor, responsi hic caupo, peruigil (praefidus, peruicus, perficus, perfidus) hic campo, feruidus in campo meles *B* 31 ut motia *γ pr.* ocia *D* tu[t]a *E* recedunt *γ pr.* 33 Paruola *E'γ* 1 *Fλ'* (*v pr. a d a. ras. ut uid.*) *y* [*π Monac.* 375 *Pulmanni cod. G codd. Bland.*] *Pph.* Paruula *DB λ corr. δ u γ* 2 *ς'* (puula *g*) *Pf. Acr. cf. Auian. fab.* 34, 15 (*de formica*): 'paruola tunc ridens sic est affata cicadam' 34 thrait *ψλ* qdcunq; *E* quę cumq; *D* 35 strauit *Fδ'*(*l*1) haut *EB* (*et Fran.* 1) haud *cett.''ς'Ac.* ac] aut *β'ν y* at *Ac.* et *y* 36 constristat *γ a. ras. λ pr.*

non usquam prorepit et illis utitur ante
quaesitis patiens, cum te neque feruidus aestus
demoueat lucro, neque hiemps, ignis, mare, ferrum,
nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.
quid iuuat, immensum te argenti pondus et auri
furtim defossa timidum deponere terra?
'quod si comminuas, uilem redigatur ad assem.'
at ni id fit, quid habet pulchri constructus *aceruos?
milia frumenti tua triuerit area centum,
non tuus hoc capiet uenter plus ac meus, ut si

TESTIMONIA.

24, 102: 'effusaque hiemem contristat aquarius unda' 41 sq. Seruius ad Aen. X 526 43 florileg. Cusan. 46 florileg. Nostrad. 188 'non — meus' florileg. Paris. 8818[a]

VARIA LECTIO.

37 *Nonus* quam *δ* proreppit *u* proripit *B* prepit (e *in ras.*) *δ* 38 Quae si///s *D* sapiens *Fλ'δ'u uar.* ς'(*r uar.*) *y* [*π Argentor.* III *Bamberg. Barcin. Berol.* 269 *Bruxell.* 9777 *a* 1. *m.* 10063 *a* 2. *m. Fran. Paris.* 8216 *a* 2. *m.* 8219. *Nostrad.* 184 *uar. Vossianus Zulichem.* 1, *omn. codd. Cr.*] patiens *γ Bu λ corr.* (*vσ a l* 2 *uar. r et β*) *Acr. cons. Porph.'* paciens *DE'* (*g et Lips.*) potieris *ω* potiens *Gesnerus* 'sapiens] sapiens absolute dicitur; est enim nomen non participium, ut si diceret, qui ante non enim illis sapiens' *sic mendose Pph.' Porph.'* 'quaesitis per aestatem patiens utitur atque contenta' *Acr. cf.* II 6, 91 *epist.* I 17, 14 *et Seren. Sammon. de medic.* 6 *uu.* 81 *sq.*: 'puluis quem congerit alte dulcibus ex latebris patiens formica laborum' *praeterea cf. uar. lect. epist.* I 7, 40 estus *u* 39 Demoueat *E'BD*2(*β'π'ar* 2 *et omn. Bland.*) Dimoueat *γFλ'δ'u*(*vσgr* 1) Dummoueat *D* 1 hiems *B* (*π'σ a dg*) hiemps *cett.''ς'* (hiepms *r*) mare] matre *δ* 40 obstet *Ω'''ς''* sit te] te sit *γ* dicior *Dλ* 41 Qui (d *supra*) *λ* immensum *DBλ'δ* (*σ r in ras.* ĩm : *g*) inmensum *E'γFu*(*β' v π'a d*) 42 Fortim *γ* deffossa *γ δ* tumidum *y Seruii cod. Paris.* 7929 *opp. Ac.* (tvmdū *g* 1) supponere *Seruii Reginensis* 43 Quod si *DγBFλ'δ'u* (*β'v σ g*) *Ac.* Quodsi *E'*(*π'ar*) c̄minuas (= comm:) *F* comminuas *cett.''' ς'' Ac. Pf. cons. Pph.* uellem redicat' *B opp. Pph.'* 44 id] ud *D a. ras.* pulcri *u* (*al*) aceruo *B* aceruus *cett.'''ς''* (aceruis *a*) 45 Millia *B* (*l pr.*) Milia *cett.''ς''* (*et omn. codd. Cr.*) tua triuerit] trui attriuerit *B* 46 hoc *Ω'''ς'' florileg. Nostrad.* hic *γ uar.* (*r* 2 *uar.*)*y flor. Paris.* 8818[a] ac *BFλ'δ'u* (*vσ et π* 1 *Fran.*) *florileg. Nostrad.* quam *DE'γ* (*agr et β Lips.*) *Porph.' Acr. gloss. F florileg.* 8818[a]

reticulum panis uenalis inter onusto
forte uehas umero, nihilo plus accipias quam
qui nil portarit. uel dic, quid referat intra
naturae finis uiuenti, iugera centum an
mille aret? 'at suauest ex magno tollere aceruo'.
dum ex paruo nobis tantumdem haurire relinquas,
cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?
ut tibi si sit opus liquidi non amplius urna
uel cyatho, et dicas 'magno de flumine mallem
quam ex hoc fonticulo tantumdem sumere'. eo fit,
plenior ut siquos delectet copia iusto,
cum ripa simul auolsos ferat Aufidus acer.

TESTIMONIA.

55 cf. Hildebert. moral. philos. 961: 'ac si de magno flumine cyathum propinet quis sorbillandum'

VARIA LECTIO.

47 panes *E corr.* D_2 *opp. Ac.* uenalis *E pr. γ corr.* (π'r)*y* [*Montepess. Paris.* 8219] *Pph.* uenanis *B* uenales *DE corr. γ pr. Fλ'δ'u* (β'νσaeg) honusto *γ pr. δ'u* 48 ueas *F* umero *By* [*Paris.* 8214 *pr.*] humero *cett.'''ς''* nichilo *u* 49 nihil *δ'* portaris E_1 *aut pr.* dic] *om. φ pr.* quid] *om. E pr.* 50 natura *B* finis *E'γB*(ag)*y* [*Gronou. Regin.* 1 *Valentian.*] *Pph.' Ac.* fines *cett.''ς''* uiuent *B* uiuitis *Acr.* uiuentis *Chabotius opp. Pph. Porph'.* *u.* 51 *in marg. y* [*cod. Paris.* 8219] 51 ad *E a. ras. ut uid.* (d_1) at *cett.'* 'obiectio' *gloss. Γ* suauest] sua ūt (= sua uert **natum ex** suauest) *B* suaue est *cett.'''ς'' Pph.'* tolleret *λ* 52 Cū *u y opp. Pph.' Ac.* tantumdem *BFu* (*gr et* β π) tan·tun·dem *γ* tantundem *cett.'''* ν σ a (*et Fran. Lips.*) *Pph.' Porph.'* 53 cur] cum *comment. Cruqu.* laudes cumeris] laudas cumeris *λ*(*a pr.*) *y* cumeris laudas *u*

54 si] *om. E opp. Pph.'* 55 cihato *u pr.* cyato *δ'* et] 'mallem abesse particulam '&' ut in duobus manuscriptis' *Torrentius* magno de] de magno *y Hildebertus cf. Ouid. am.* II 19, 32: 'carpat, de magno flumine sumat aquam' mallem *DE'γ*(β'νσagr *et Lips.*) malle *By* malim *Fλ'δ'u* (*et* π) malis *Porph.' in interpret.* malit *Acr. in interpret.* 56 tantumdem *Bu*(*g*) tandūdē *φ* tantundem *cett.'''ς'' Ac.* eo] ɔ (= con) *B* 57 siquos] siquis *Ey* **opp. etiam** *Pph.' et c* delectet *DE'γBδ'*(β'νπ'agr) *Pph.'* delectat *Fλ'u E p. ras.* (σ) copia iusto] copia//iusto *D* copia cornu *u y opp. Pph.' Acr.* 58 auolsos *E'γFλ'y* [*Pulmanni G*] auulsos *Bδ'u* D_2 *ς''* auulsus D_1(*g*)

at qui tantuli eget, quantost opus, is neque limo
turbatam haurit aquam nec uitam amittit in undis.
ut bona pars hominum decepta cupidine falso
'nil satis est' inquit, 'quia tanti quantum habeas sis'.
quid facias illi? iubeas miserum esse, libenter
quatenus id facit: ut quidam memoratur Athenis
sordidus ac diues, populi contemnere uoces
sic solitus 'populus me sibilat, at mihi plaudo
ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca'.
Tantalus a labris sitiens fugientia captat
flumina — quid rides? mutato nomine de te

TESTIMONIA.

62 Hildebert. moral. philos. 990 65 cf. mythogr. III tract. 5, 6 ap. Mai class. auct. III 186 = ap. Bodeum p. 174: 'innuit feneratorum uitam in omnibus, ut probat Horatius, sordidam' 68—70 'Tantalus — narratur' Seruius ad Aen. VI 603 (sed u. 68 non extat in codd.) florileg. Nostradam. 68—69 'Tantalus — flumina' schol. Statii Theb. III 538 Vincentius Bellou. spec. hist. 69 69 sq. 'quid rides? mutato nomine fabula de te narratur' florileg. Paris. 8069 'quid rides? fabula narratur, mutato nomine, de te' mythogr. II c. 102 ap. Mai class. auct. III 122 = ap. Bodeum I 109

VARIA LECTIO.

59 Atqui *Eγ* At qn *B* At qui *cett.''* tanto leget *B* tantuli *DE'γδ'λ superscr.* (*νπ'σar*) tantulo *Fλ'u*(*β'*) (tanto *g*) æget *φ* qnto. stopus *B* quanto est opus *cett.'''ς''* quantum est opus *y Bentl.* is] //is *δ* 60 Turbata . . . aqua *E opp. cett.''ς'' Pph.'* neque *BFλ'δ' uς'* (*et Fran.*) *Ac.* nec *DE'γ* (*et β*) 61 Vt *D*1 *ut uid. E'γBFλ'δ'* (*β'νπ'agr*) *Pph.'* At *u D*2 *ut uid. E*2 *aut corr. B*2*uar. λ' uar.* (*σ*) par *D*1*Epr.* 62 abeas *E* abes *F* habeas *cett.'' Acr. Hildebert. cf. Lucil. ap. schol. Iuuen.* III 143: 'tantum habeas, tantum ipse sies tantique habearis' 63 fcias *E* miserum] miseram *y coni. Marcilius Bentl. opp. Pph.' Porph.' Ac. Acr.* 64 Quatenus *Ω''ς''* Quatinus *l*1 (*et codd. Bland.*) *y* athęnis *γ* 65 contemnere *EBδ'*(*g*) contenpnere *u* contempnere *cett.'ς''* 66 ad *λ*1 *ut uid. aut λ pr.* at *cett.''ς''* ac *lry* 67 acmum mos *D pr.* nũos *λ* archa *Fλ'u* u. 68 *om. Dpr.* 68 a *Ω'''ς'* (*et Lips.*) *Pph.'* ab *y* siciens *DE ut uid. λ* fugiencia *λ* fugencia *D* fugentia *E opp. Ac.* captat] captas *Peerlk. opp. Pph.' gloss. Γ et imitatus est hunc locum iam Maximianus el.* I 185 *sq.*: '*non aliter sitiens uicinus Tantalus undas captat*' 69 multato *E* de te] de&e *ψ*

fabula narratur: congestis undique saccis
indormis inhians, et tamquam parcere sacris
cogeris aut pictis tamquam gaudere tabellis.
nescis quo ualeat nummus, quem praebeat usum?
panis ematur, holus, uini sextarius, adde
quis humana sibi doleat natura negatis.
an uigilare metu exanimem, noctesque diesque
formidare malos fures, incendia, seruos,
ne te compilent fugientes, hoc iuuat? horum
semper ego optarem pauperrimus esse bonorum.
at si condoluit temptatum frigore corpus
aut alius casus lecto te adflixit, habes qui
assideat, fomenta paret, medicum roget, ut te

TESTIMONIA.

72 florileg. Nostradam. ‘aut — tabellis’ florileg. Cusanum 76 cf. Gerberti epist. 8: ‘fortunam nostram sola uestra conturbat absentia n o c t e s q u e d i e s q u e’ 78 ‘ne — fugientes’ gloss. Mai class. auct. VIII 152. 417 78—79 ‘horum — bonorum’ Priscian. XVIII 2, 22 florileg. Cusan. et Nostradam.

VARIA LECTIO.

71 indormis] qui dormis *Marklandus* insomnis (*uel* indormis:) inhias *Peerlk. opp. Ac. Acr.* tamquam *DE′Fδ′ϛ′* tanquam *γλu*(*β′*) ĩq = inquam *B* quanquam *florileg. Cusan.* 72 ac *u* (et *β*) *y* aut *cett.‴ϛ′ Pph.′ florileg. Cusan.* et *y florileg. Nostrad.* tamquam *Dγψδ′ϛ′* tanquam *EBφλu* (et *Fran.*) 73 quid *u y* quo *cett.‴ ϛ″* (et 3 *Bland.*) *Ac.* numus *δ′* nummus *cett.″ϛ″* prebeat *λ u* 74 olus *EB* holus *cett.″ϛ″* negaṅtis *γ* 76 noctes] nocte *δ* 1 *u.* 78 *omis. B*

78 Nec *D*(*σ*) c̀pilent (= conp:) *E* compilent *cett.″ ϛ″ Ac.* 79 optarem *DE′γB*(*σa g* 1 et *Fran.* obt: *β*) *Prisciani cod. Vind.* 348 optarim *Fλ′δ′u* (*νπ′g* 2 *r a. ras. ut uid.*) *Pf. florilegia*, *Prisciani codd. plerique* obtarum *Pph.* bonorum] malorum *B opp. Pph.′ Acr.*

80 Ac *E y* At *cett.″ ϛ″* conduluit *γ pr.* temtatū *D* temptatum *cett.‴ϛ″* frigore corpus] corpore frigus *u opp. Acr.* 81 adflixit *E′BFλ′δ′*(*νπ′a*) afflixit *γ a. ras. λ corr. u* (*β′g r uar.* et *omn. Bland.*) aflixit *D* affixit *γ p. ras. y* [*Argentor.* III *p. ras. Berolin.* 269 *Bruxell.* 10063 *Montepess. Parisini* 7976. 8213 *uar.* 8214. 8216. 8219 *corr. Nostrad.* 184 *Regin.* 2 *Valentian.* 1] adfixit *σ r* (et *Petropolitanus*)

82 Adsideat *D* 1 *Fλ′ E p. ras.* Adsiderat *E a. ras.* Assideat *γδ′ λ corr. u D* 2 assidat *B*

suscitet ac reddat gnatis carisque propinquis?
non uxor *saluom te *uolt, non filius; omnes
uicini oderunt, noti, pueri atque puellae.
miraris, cum tu argento post omnia ponas,
si nemo praestet quem non merearis amorem?
an si cognatos, nullo natura labore
quos tibi dat, retinere uelis seruareque amicos,
infelix operam perdas, ut siquis asellum
in campo doceat parentem currere frenis?
denique sit finis quaerendi, cumque habeas plus,
pauperiem metuas minus, et finire laborem
incipias parto quod auebas, ne facias quod
Vmmidius quidam. non longa est fabula. diues

TESTIMONIA.

86 florileg. Paris. 8818ᵃ et Nostradam. 94—95 ‘ne — quidam’ Charis. II 14 p. 228 K. Diomed. I p. 394 K.

VARIA LECTIO.

83 reddat gnatis *DE′* (*a et β*) reddat natis *γBFλ′* (*ν et π*) natis reddat *δ′ u* (*r et Fran. Lips.*) notis reddat *σ* gnatis reddat *g* (*et 3 Bland.*) *u.* 84 *in marg. exhibet λ* 84 te uult saluum *Dy* saluum te uult *cett.‴ ς″ Pf.* te saluum uult *νa y Pph.* 85 Vuicini *δ′* atque] ꝗ *B* *uu.* 86 *sq. post u.* 89 *ponit Peerlk. opp. Porph.′* 87 prestet *γFλu* merearis] mercaris *y* amorem] honorem *u* (*superscr.* ł amorē) *y* 88 An si *DE′B* (*ν* 1 *ut uid. π′l* 2 *uar. r uar. et* 2 *Bland.*) *y Pph. Porph. Ac. Acr.* Ac si *γ y* At si *Fλ′δu* (*β′ν*2*σd*2*gr*) *Pf. Porf.* Ad si *d* 1 Vt si *a; alii alia coni.:* aut si, et si, nec si, non si, sic si, an sic, at sic, atqui nulla *γBy opp. Pph.′ Acr.* 89 uellis *φ a. ras.* 89—90 seruareque amicos infelix, operam *Doederlinus.* *uu.* 90 *sq. in fine huius sermonis ponit Peerlk. opp. Porph.′ schol. Γ* 90 Iinfelix *δ* perdas *Ω‴ς″* perdes *σ r uar.* (*et* 1 *Bland.*) *y* perdis *Acr. alt. l.* ‘uideris tibi ita operam perdere’ *Acr.* 91 campo *DE′γBuς* campum *Fλ′δ′* (*gr et Fran. Lips. pr.*) docent *E′* curre(re) *δ′* 92 querendi *E′λ* dūqȝ *u y* quoque *Muretus* 94 porto (a superscr.) *γ* partho *E′* auebas *DE′uφ corr.* (*ν*2*σagr*) *Ac.* hauebas *ψ corr. δ* 2 habebas *Fλ′*(*β′ν*1*π′*) *Pph.′* hbebas *B* habeas *d* 1 hueebas *γ* ‘cupiebas’ *Porph.′* ne facias *Ω‴ς″ Charisius Diomedes* ne faciat *y* [*omn. Bland.* (?)] 95 Vmmidius *DE′γδ*(*π′r*) *Acr.* Vmidius *Bλ′u*(*σadg et Fran.*) *schol. F u.* 99 Vı̃midius *y* [*β*] Humidius *F*(*ν*) (*Charisii codd. uariant*) Numidius *y Diomedes opp. etiam Charis.* quidam] qui tam *Bentl. opp. Porph.′*

ut metiretur nummos, ita sordidus ut se
non unquam seruo melius uestiret, adusque
supremum tempus ne se penuria uictus
opprimeret metuebat. at hunc liberta securi
diuisit medium, fortissima Tyndaridarum.
'quid mi igitur suades? ut uiuam Naeuius, aut sic
ut Nomentanus?' pergis pugnantia secum
frontibus aduersis componere? non ego auarum
cum ueto te fieri, uappam iubeo ac nebulonem.
est inter Tanain quiddam socerumque Viselli:
est modus in rebus, sunt certi denique fines,

TESTIMONIA.

100 'fortissima Tyndaridarum' Quintilianus VIIII 4, 65 103—104 'non — iubeo' gloss. Mai class. auct. VIII 614 106 sq. Hildebertus moral. philos. 981 Vincent. Bellouac. specul. hist. 69 florileg. Paris. 8818[a] et Cusanum et Nostradam.

VARIA LECTIO.

Acr. Diomed. Charis. 96 metireretur *E* sordibus *B* surdidus *E* 97 Nonnumquam *D a. ras.* (*d a. ras.*) *y* 'potest et nonnumquam legi' *Acr.* unquam *u* (*g*) umquam *cett.*'' ς'' seruo melius] melius seruo *y opp. Ac.* adusque] at usque *γ pr.* atusq *E'* 98 Suppremum *DE'δ'u* (*β'*) penuria *φ* 99 Opprimere *E* liperta *D* 1 *aut pr.* libti (a) *E* 100 tindaridarum *γ u corr.* tindaridurum *u pr.* tyndaridū *B* Tyndaris. horum *Io. Clericus* 'tyndaridarum pro tindaridum' *Ac. Acr. cf. Priscian. perieg.* 670: 'post fines Tyndaridarum' 101 quid mi] Quidne *y Reisigius* mi *Bu* (*g et Fran.*) mihi *DE'γFλ'δ'ς' Pph.' Ac.* næuius *v* (*et omn. codd. Cr.*) *Pf. Porf.* neuius *Ω'''ς'' Pph. Porph. Acr.* nenius *g*1 menius *y* NAEVIVS *inscriptiones* Maenius *Glareanus* aut *DE'Fλδ'u*(*β'νπ'σar et omn. codd. Cr.*) *Pph.'* an *B*(*g*) ac *l* sic] sic̄ (= sicut) *B* 102 nomentus *E* nomentaneus *δ'* pges *u opp. Ac.* pugnancia *D* 103 conponere *λu* componere *cett.''ς''Ac.* auarum] Dauum *glossar. Mai* 104 ueto] ulto *B* ac *DE'γBFλ'δ'*(*β'νπ'σg*1) aut *u γ uar.* (*a g*2 *r*) 105 tanain *γBδ' Pph.'* tanayn *D* tanai (m) *φ* tanaĩ *ψλ'u* tanta inquid dã *E'* socerum] generū *superscr.* socerū *u* 'Socer proprium nomen est qui fuit hirniosus et libertus Beselli' *schol. F* que] *om. E* uiselli *Dγ Bλcorr.* (*vōar et Fran.*1 *Lips.*) *Acr.* uiscelli *E* (uisselli *e*) beselli *Fλ'δ'* (*et π*) *Porph. alt. l.* breselli *u* biselli *y* [*β pr.*] *Pph.' Porph.' om. g*1 (liselli *g*2) VISELLIVS *inscriptiones*

quos ultra citraque nequit consistere rectum.
illuc unde abii redeo. nemo†n ut auarus
se probet ac potius laudet diuersa sequentis
quodque aliena capella gerat distentius uber,
tabescat, neque se maiori pauperiorum
turbae comparet, hunc atque hunc superare laboret.
sic festinanti semper locupletior opstat,
ut, cum carceribus missos rapit ungula currus,
instat equis auriga suos uincentibus, illum

VARIA LECTIO.

107 nequid *λpr.δ′* 108 unde] un̄[d] *B* habii *E′* abit *B* nemon ut *E′γBu D p.ras. λ′2* (*σa et* 2 *Bland.*)*y Pph. Ac.* ne non ut*D a. ras. Fλ′δ′* (*β′νπ′gr*) nemo ut *y* [*tertius Bland. et alii codd.*] qui nemo ut *y* [*V*] ut nemo auarus *Pf.* ‘quo modo nemo auarus se probet’ *Acr.* ‘. . . dissentire (dissentiret *Acr.*) tamen auarum ait (ait solum *Acr.*) qui (*om. Acr.*) proposito suo gaudeat (gaudere *Acr.*) solus (*om. Acr.*) haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet quod auarus se (se non *ν Bamb. Fran.*) probet sed quod nemo alius’ *Porph.′Acr.* ‘ꝑ nemo ita ut auarus se probat’ *gloss. Fran.* ‘nemon] al ne ñ. ı. iubeo utrunq; potest legi ne non ł ne ñ; (*sic*) *gloss. Fran.* nemo·⁊[ut]· *y* [*Gronou.*] nemon aut *y* [*Paris.* 8214*a. ras.*] nec non ut *y* [*Berol.* 269] nemo ut si ω cur nemo ut *Petrus Nannius* qum nemo ut *Keckius* quia nemo ut *Nipperdeius* nunc nemo ut *Ritschelius* nemoque ut *Doederlinus* nemo unquam ut *Kirchnerus* nemo nam ut *Graserus* 109 ac *Ω′′′ς′′ Pph.′* at *Vy* pocius *Dλ* sequentis*E′γ1 Bλ′* (*a r et π*) sequentes *cett.′γ2λ′2ς′* 110 aligena *D opp. Ac.* distencius *D* 111 nec *u opp. Ac.* meliori *u y* [*Paris.* 8213 *Wolfenbutt. Gud.* 185] *opp. Ac. Acr.* pauperiorem *D pr.* (*r pr. l corr.*) 112 Turbe *E′* conparet *λ u y* (*et β*) comparet *cett.′′ς′* ͻparet *g* (*uersui* 113 ꝗ *praefigitur in d*, *uersum omis. cod. Fran.*, *add. post u.* 121 *scholiastae manus*, *delet Peerlk. opp. Ac. Acr.*) 113 sic] si *Hamacherus opp. Pph.′ Ac.* lucupletior *δ′* obstet *B uar. y Porph.′* optet *B* obsto *D uar.* obstat *cett.′′′ς′′* ‘totus iste uersus † diafon est (dia·fonē *γ* diane c̄ ē·*ν* diafanē *Bamb.*). nam hoc uersu interposito sequentem superiori sensui adiungit. qui sensus talis est. quem ad modum auriga instat cum equis his qui uincunt equos suos. quando autem instat? cum rapit ungula currus. contempnit autem sequentem i. e. posteriorem. ita auarus semper festinat uincere ditiorem se’ *Acr.* 114 ut] sic *Peerlk. opp. schol. F* missis *B* 115 suos *BFλ′δ′u* (*σ2 et π Fran.*) *y Pph.′ Porph.′ Acr. uar.* suis *DE′γ pr. δ2ς Acr.* ‘suis equis septimus casus est. uincentibus datiuus. hoc est his instat qui praecedunt. Aliter quibus instat suos uincentibus’ *Acr.*

praeteritum temnens extremos inter euntem.
inde fit ut raro, qui se uixisse beatum
dicat et exacto contentus tempore uita
cedat uti conuiua satur, reperire queamus. —
iam satis est; ne me Crispini scrinia lippi
compilasse putes, uerbum non amplius addam.

II

Ambubaiarum conlegia, pharmacopolae,

TESTIMONIA.

119 ‘ut conuiua satur’ Prisc. V 2, 6 120—121 ‘ne — putes’ Acr. ad serm. I 4, 14 schol. γ (non Acr.) ad serm. II 7, 45 Porph. ad serm. I 4, 14 121 cf. ecbasis capt. u. 1229: ‘sermonem claudam, uerbum non amplius addam’

I 2. 1 sq. tractatus de duce Ernesto ap. Haupt. German. antiquitat. annal. VII 218: ‘ambubaiarum — balatrones et hoc genus omne’ 1 gloss. Mai class. auct. VIII pp. 73. 432. 439 ‘ambubaiarum collegia’ p. 28 cf. Auson. epist. 9, 46: ‘aut parasitorum collegia Plautinorum’

VARIA LECTIO.

116 Preteritum *γFλ′δ′u* temnens *B* (*ag et β*) templens *E* tempnens *cett.″ς′* intereuntem *D pr. Eγ B uar.* praeter euntem *B* 117 se] *om. ψ pr.* uisxiisse *λ* dixisse *u* uexisse *E*

DESINIT cod. e; Ω″ = DEγ BFλ′δ′u

118 et exacto] ᒣ ıđ (*in septem fere litterarum lacuna*) *B* contemptus *φδ′* contentus *cett.′ς″ Ac.* uita *E pr. γδ′ D corr. λ superscr.* (*νπ′σag et omn. Bland.*) *Porph.′* uitā *B* uitae *D pr. Fλ′uE corr.* (*β′r pr.*) uite *γ uar.* 119 Caedat *DγFλ′δ* queamus] beatus *B* 120 Nam *γ corr. λ corr. opp. Ac.* Crispini] crisippi *uy opp. Pph.′ Porph.′ Acr.* lippum *Bentl.* lippi *Ω″ς″ Pf.* (lippini *Pph.*) *Porph.′ ad serm.* I 4 *Acr. ad serm.* I 4 *schol. Γ ad serm.* II 7 121 Conpilasse *Fu*(*v*) *Pph. Porph. ad serm.* I 4 Compilasse *cett.″ς″ Acr. serm.* I 4 *schol. Γ serm.* II 7 putas *B*(*π′r pr.*) putes *cett.″ς′ Pph.′ Porph.′ h. l. et serm.* I 4 *Acr. ad serm.* I 4 putes. uerbum non amplius addam, infelix operam perdens, ut siquis asellum in campum doceat parentem currere frenis *Peerlk. qui et ipse infelix operam perdidit*

I 2. *Continuatur hic sermo prior iin D*1 *EBFλ′δ′u*(*π′g pr.*) *etiam D*(*v*)*y inscriptione carent* TIGELLI (TIGELLII *γa*) HERMOGENIS MORES (MORIS *r*) DESCRIBIT *γλ2* (*ar marg.*) (AD TIGELLIVM HERMOGENEM *σ*) 1 Ambubaiarum *δ′u B corr. glossar. Mai cons. Pph.′ Porph.′* ambubarrum *B* Hambubaiarum *DEγFλ′* c̄legia *E* collegia *cett.″ς″ Pph.′* pharma copulę *γ pr.*

mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne
maestum ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.
quippe benignus erat. contra hic, ne prodigus esse
dicatur metuens, inopi dare nolit amico,
frigus quo duramque famem propellere possit.
hunc si perconteris, aui cur atque parentis
praeclaram ingrata stringat malus ingluuie rem,
omnia conductis coemens obsonia nummis,
sordidus atque animi quod parui nolit haberi,
respondet. laudatur ab his, culpatur ab illis.
Fufidius uappae famam timet ac nebulonis

TESTIMONIA.

2 Ioann. Saresber. VIII 13 'mendici mimi balatrones' gloss. Mai class. auct. VIII 65 cf. Vopisc. Carin. 21, 1: 'ne patrimonia sua proscriptis legitimis heredibus mimis et balatronibus deputarent' 6 schol. Iuuenal. XIIII 273 9 cf. ecbasis capt. 186 'omnia distractis coemens obsonia gazis'

VARIA LECTIO. *Ω″ = DEγBFλ′δ′u*

2 onme (mi *superscr.*) *E* mimi *y glossar. Mai, Ioannes Saresber.* balathrones *Eγ(v) Pph.′ Porph.′* balatrhones *D* balatrones *cett.″ ς″ Ac. Acr.* baratrones *y* 'legitur et baratrones' (bal: *mendose v d Bamb. Fran.*) *Acr.* 'gulosi quasi baratrones' *gloss. l* męstum *By* [*Bamberg.*] Mestum *cett.″ ς″* est] ˥ (= et) *B* more *B* tigilli *Fλ′δ′(gr et π)* tigelli *cett.* (*β′vσar corr. et Lips.*) *Porph.′ Acr.* 4 hic] id *B opp. Ac.* esse] esset *By u.* 5 *om. D pr.* 5 moriens (metuens *superscr.*) inope *B* daræ (e *superscr.*) *γ* 6 quo] quod *u* (*et β*) *opp. schol. Iuuen.* famen *λ* propellere *DEγpr. B* (*β′σagr et Lips.*) depellere *γ corr. Fλ′δ′u* (*v et π*) *schol. Iuuen. cf. Cic. fin.* IIII 25, 69: 'famem propulsare' *item Tac. ab exc. d. Aug.* XIIII 24 7 percuncteris *B y* [*π pr. Fran.*] perconteris *cett.″ ς Pph.′* aui] ã (= aut) *B* 8 Preclarum *γλδ′u Ac.* ingrata] irata *Peerlk. opp. Ac. Acr. et cf. Lucret.* III 1001 *sq.*: 'animi ingratam naturam pascere semper atque explere bonis rebus satiareque nunquam' *Callimach. αἰτ. β′ fragm.* 14, 3 *sq. Bergk*: 'ὅσσα τ᾽ ὀδόντων ἔνδοθι, νειαίρην τ᾽ εἰς ἀχάριστον ἔδυ' malus] uenꝫ *B* 9 opsonia *Fλ′(v) y* [*π Paris.* 8214] obsonia *cett.′ ς′ uu.* 10—13 *om. y* [*Paris.* 7976 *a* 1. *m.*, *Taurin. a* 1. *m.*] *eosdem inter uu.* 14 *et* 15 *inseruit y* [*Paris.* 8219] 10 Sordib′ *E* 1 parui quod *u* noluit *B* 11 Respondit laudat rabhis *B* abhillis *δ a. ras.* 12 Fufidius *DEγ(β′σ a* 1 *ut uid. r et Lips.) Pph.′ schol. Γ* Fusidius *Fλ′δ′u (v et π) Ac. schol. F* Futidius *B (g et V)* FVFIDII *in inscriptionibus reperiuntur*, FVTIDII *nusquam* famam] fumam *B*

[diues agris, diues positis in faenore nummis]:
quinas hic capiti mercedes exsecat, atque
quanto perditior quisque est, tanto acrius urget;
nomina sectatur, modo sumpta ueste uirili
sub patribus duris tironum. 'maxime' quis non
'Iuppiter' exclamat, simul atque audiuit? 'at in se
pro quaestu sumptum facit hic'. uix credere possis,
quam sibi non sit amicus, ita ut pater ille Terenti
fabula quem miserum gnato uixisse fugato
inducit, non se peius cruciauerit atque hic.
siquis nunc quaerat 'quo res haec pertinet?' illuc:
dum uitant stulti uitia, in contraria currunt.

TESTIMONIA.

24 Acr. uolgatus (non nostri codd.) ad art. poet. 31 Gunzo Nouar. epist.

VARIA LECTIO.

u. 13 *ut glossema sequenti uersui ex arte p.* 421 *adscriptum uncis inclusimus auctore Sanadono. schol. et gloss. omittunt hunc uersum, nisi quod ad uocem* positis *in gloss. F adscriptum est:* 'conlatis (coll. δ′ν) ad usuram' *quod quidem non extat in cod. D. in* 2 *codd. hunc u. cum tribus antecedentibus deesse, antecedere uersui* 15 *in Paris.* 8219 *ad u.* 10 *monuimus* 13 fęnore *B* foenore *Dγδ′* (*νπ′σ ar et Fran.*) fenore *EFλ′u* (*y et β*) 14 quina sic *B* capitis *δ a. ras.* (*r* 1) *opp. Pph.′* exsecat *Bδ′* (*agr et β pr. Lips. omn. Bland.*) *Porph. alt. l.* execat *DEpr. γFλ′* (*ν et β corr. Fran.* 1) *Ac. Acr. cons. Porph.′ alt. l.* execcat *Porph. alt. l.* exigat *Pph.′ Porf. alt. l.* exigit *E corr. δ′ superscr. u F uar. λ uar. y gloss. Γ δ′* 15 pdicior *D* perdito *B* urget *Ω″ς Pf.* urguet *φ corr.* (*ar et β π*) *Pph. cons. Ac.* 16 sectantur *λ pr. opp. Pph.′* secletur *u pr. opp. Pph.′* 17 tironum *Bδ′u* (*νπ′lr*) *Acr.* tyronum *DEγFλ*1 (*β′σag*) *Ac. Acr. alt. l.* 18 Iupiter *γ* (*a et β π*) Iubpiter *D pr.* Iuppiter *cett.″ D corr. ς* exclamet *δ′* (*σ et Fran.*) *y* 'Interrogatiue pronuntiandum . . . Quis non miretur . . . et exclamet' *schol. Γ* simulac *γ*2 *y opp. Ac. gloss. F* at] & *ψ*2 *superscr. opp. Ac. Acr.* ipse *u* (*β′*) *y* in se *cett.″ ς′* (*et omn. Bland.*) *Ac.* 19 questu *DEγFλδ′u* facit *om. δ′ pr.* *post* hic *interpungunt Eγ, post* facit *cett.″* hoc *Fλ′δ′* (*β′g*) hic *cett.′ Pph.′* uix] uis *λ* possit *γ pr. y* 20 sibi] tibi *E*1 sit] *om. D* terenti *DEγB* (*νπ′σar* ther: *g*) *Pph.′* terentii *Fλ′δ′u* (*β* terenc: *Fran.*) 21 quem] quam *λ* gnato *DEγB* (*β′σag*) nato *cett.″* (*νπ′r*) uixisse] fugisse *B* 22 crutiauerit *Fu* cruciauerat *D* 23 nọn (superscr. v c) *λ* querat *Eλu* hec *Eγ om. D* 24 stulti uitant *y Vincentius florileg. Paris.* 8818[a]

Maltinus tunicis demissis ambulat; est qui
inguen ad obscenum subductis usque facetus;
pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum.
nil medium est. sunt qui nolint tetigisse nisi illas,
quarum subsuta talos tegat instita ueste:
contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem.

TESTIMONIA.

ad Aug. ap. Marten. I 312 Ioạnn. Saresber. policr. VIII 13 Eutych. II 8 floríleg. Paris. 8818[a] et Nostradam. 188 Vincentius Bellouac. spec. hist. 69 25 sq. Ioannes Saresber. policr. VIII 12 25 'Maltinus — ambulat' Acr. ad epod. 1, 34 schol. Bamberg. ad serm. I 2, 64 'Malchinus — ambulat pro Maecenas' Acr. ad serm. I 2, 64 27 'pastillos Rufillus hol&' gloss. Mai class. auct. VIII 421 cf. Senec. epist. 86, 13: 'descripturus infamem et nimis notabilem deliciis Horatius Flaccus quid ait? pastillos Buccillus olet. dares nunc Buccillum, perinde esset ac si hircum oleret et Gargonii loco esset, quem idem Horatius Buccillo obposuit' 29 Seru. ad Aen. II 516 schol. Statii Theb. VII 654

VARIA LECTIO.

opp. Ioann. Saresber. uicia λ 25 EGLOGA·II·*F* [ITE̅ DE CONTRARIETATE VITIORV̅ *Sorbon.* 1578 *maiore litera incipit Paris.* 8214] Malchinus *Dγ (β'ar et Lips.) Ac. Acr. ad h. l. et u.* 64 Machin' *E* Malhinus σ Malthinus *λ corr. δ' (ν et π) Pph.' Porph.' Ioann. Saresb.* Maltinus *BFλ'u(g) Acr. ad epod.* 1, 34 *schol. F* Malthacinus *Peerlk. cf. Iustin.* XXXVIII 3, 4: 'in quod tum missi Aquilius et Mallius Maltinus (Malthinus *cod.* D) legati' § 8: 'Aquilium et Mallium Maltinum' *prolog. Trog. Pomp. lib.* 38: 'Maltino' *In Mommseni I. R. N. nr.* 6153 *memoratur* 'Manlius Maltinus' 'sub Malthini nomine quidam Maecenatem suspicantur significari' *Porph.'* 'M(a)ecenatem tangit' *Acr. cf. Senec. epist.* 114, 4 demissis *EFλ'δ'uγ corr. (β'νπ'agr) Pph. Porph.' schol. γFd ad u.* 64 *et Ioann. Saresber.* demisis *B Acr. ad u.* 64 dimissis *Dγ pr. (σ) Pf. schol. D Acr. ad epod.* 1, 34 *schol. Paris.* 7985 *ad u.* 64. *cf. Plaut. Poen.* V 5, 24: 'sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissiciis' 26 Anguen λ1 obscenum *Ω''ς*] opscenū *y* [*π*] subductis] subducti *B* demissis *Ioannes Saresber.* 27 rufill[v]os *γ (σ)* rufillus *cett.'' ς Pph. glossar. Mai* Buccillus *Seneca* or& *λ pr.* gargonius *DEγBψ pr. δ' (π'σar et Fran.) Pph.'* galgoniꝯ *g* gaorgonius *y* [*β*] gorgonius *φλ'u ψ corr. (ν)* Gargonios *exhibent inscriptiones* hyrcum *γFλδ' (ar et βπ)* ircum *B* hircum *cett. (νσgl et Fran. Lips.)* 28 nolint *EγBψ1λδ' (β'νπ'σgr) Pph.* nolunt *Dφuψ2 (al) Pf. Ac.* 29 [·sub] suta *γ* subḍsuta *λ* pulsata *Seruii Paris.* 1750 *opp. Acr.* sub suta *νdl (et Fran.) Reisigius* tegit *uy schol. Statii opp. Pph.'* tetigit *Seruii Paris.* 1750 30 nulã *E* nı· [·si] *λ* olenti *Ω''ς''*] olente *g pr. Bentl.* 30 *sq.* stantem

quidam notus homo cum exiret fornice, 'macte
uirtute esto' inquit sententia dia Catonis:
'nam simul ac uenas inflauit taetra libido,
huc iuuenes aequm est descendere, non alienas
permolere uxores'. — 'nolim laudarier' inquit
'sic me' mirator cunni Cupiennius albi.
audirest operae pretium, procedere recte
qui moechis non *uoltis, ut omni parte laborent,
utque illis multo corrupta dolore *uoluptas,
atque haec rara cadat dura inter saepe pericla.
hic se praecipitem tecto dedit, ille flagellis

TESTIMONIA.

31—32 'Horatius: macte uirtute esto pro 'mactus uirtute'' Prisc. XVII 27 32 'ut Horatius: sententia dia Catonis' schol. Pers. 1, 31 cf. Sulpiciae sat. uu. 48—50: 'quos inter Prisci sententia dia Catonis scire adeo magni fecisset, utrumne secundis, an magis aduersis staret Romana propago?' 34—35 'non — uxores' Eutychis ars II 8 p. 477 K.

37 'quartam speciem addiderunt, quam Graeci dicunt κρᾶσιν, id est cum unius litterae uocalis in duas syllabas fit communio, ut: audire — recte' Marius Victorinus I 20, 9

VARIA LECTIO.

— fornice *om. g* 1 32 inquid *E a. ras.* sentencia *λ* diua *u* (*et β*) *y opp. Sulpicia schol. Pers.* 33 tecta *B* tetra *cett.*'' ς'' 34 Hac *Fλ'δ'u uar.* iuuentes *E* eqū *B* equum *DEFλ* (*g et β*) (equem *r*) aequum *cett.*' (*νπ'σal et Fran.*) 35 inquid *γ corr.* 36 cupennius *Fλ' schol. F opp. cett.*' ς'' *Acr.* (*sed* cupenius *schol. ν*) cupenius *Porph.* (cupp. *Porf.*) 37 audi rest o pe *B* Audire est op: *cett.*'' *B superscr.* ς'' *Pph. Marius Victorinus* (est *om. Pf.*) opere *EγBλ'δ'* precium *Dλ* p̃cedere *Pph. opp. Pf. Porph.' schol. γ Victorin.* precedere *schol. ν in Enniano loco* 38 moechis *DγBδ'ψ corr.* (*νπ'r et β*) *Pph.*' mechis *uλ corr.* (*σag et Fran.*) moechi//s *E* moechos *F*(*l*)*y* mechos *λ* moechis non] moechis rem *Ioann. Clericus* (*conl. Enn. ann. fragm.* 454 *V.*) *opp. Pph.' Porph.' Acr.* moecham rem *Peerlk. opp. Pph.' Porph.' Acr.* uultis *Ω''* ς'' *Pph.' Acr.* laborent] laboret *l pr. Peerlk. opp. Pph.*' laborant *δ* 1 39 multa *B pr. ψ pr.* (*l*) *opp. Pph.*' nullo *Peerlk. opp. Pph.*' dolore uoluptas] *omis. B relicta lacuna* 40 atque haec rara cadat] rara cadat atque haec *Peerlk. opp. Pph.*' haec rara] ~~hec~~rata *E* rara] rata *E pr. Fλ' opp. Pph.' schol. Γ* cadat] cadant *D a. ras. opp. Pph.' schol. Γ* sepe *Eλ Ac.* pericula *φ pr. Pph.' opp. Ac.* 41 hic] hı̃c (= hinc) *B opp. Ac.* precipitem *γδ'u* fragellis *B*

ad mortem caesus, fugiens hic decidit acrem
praedonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos,
hunc permixerunt calones; quin etiam illud
accidit, ut quidam testis caudamque salacem
demeteret ferro. ‘iure’ omnes: Galba negabat.
tutior at quanto merx est in classe secunda,
libertinarum dico, Sallustius in quas
non minus insanit quam qui moechatur. ut hic si,
qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste
munifico esse licet, uellet bonus atque benignus

TESTIMONIA.

43 ‘dedit — nummos’ mythogr. II 30 ap. Bodeum p. 84 44 ‘hunc — calones’ Prisc. X 1, 1 gloss. Mai class. auct. VIII 88 ‘calo] seruus unde et calones’ gloss. Γ in epist. I 14, 42 45—46 ‘accidit — ferro’ Abbo Floriac. quaest. gramm. c. 7 45 ‘caudamque salacem’ Eutychis ars I 1, 6 p. 454 K.

VARIA LECTIO.

42 cesus *DEλδ′u* 43 Predonum *Eu* Predōnū *λδ* in] *om. B* hic] ni *g pr. opp. Ac. om. v y opp. Ac.* hoc *Pph.′ opp. mythogr.* 44 Hinc *γ* permixerunt *EBδ′y Pph. Pf. corr. Porph.′* permiserunt *B uar. Prisciani cod. D a* 1. *m.* permixere *y glossar. Mai* perminxerunt *cett.′ς″ Pf. pr. Prisc.* calones] catonus *B* 45 quidam *Ω″ς″ Abbo* cuidam *y* [2 *codd. Lambini, Petropolitanus, in Cruquii cod. Tons. adscriptum*] *Barthius Bentl.* testis *Epr.γ1B(π′ar) y* [*β corr. Harlei.* 2724. *Mellic. Montepess. Valentian.* 1] testes *cett.″E corr. γ2ς′* 46 Demeteret *Ω″ς″Ac. Abbo* Demeterent *y* [*Vaticanus B ap. Feam*] *schol. D Barthius Bentl.* cuidam testeis *y* [2 *codd. ap. Lambin.* (?)] . . . demeteret ferrum *y Lambinus* ferro *Ω″ς″Abbo* ferrum *y* [*cod. Carrionis a* 1. *m.* (?)] ç̣alba (g *superscr.*) *E* negabit *γ* 1 *y opp. Pph.′ Porph.′* 47 Tucior *DE* merx est] merces *Pf.* mers *u pr.* (*et β π*) *Pph.* mercs *Bφλ* merx *cett.′ς Ac.* mex (rs *superscr.*) *l* clauſsse *λ* 48 sallustius *BFλ* (*π′*) *Pph. Porph.* salustius *DEγδ′u*(*β′vσaglr*) *Pf. Porf.* in quas *Ω″ς″ Pph.′ cons. Acr.* in quis *y* [*Paris.* 7979] *coni. Nic. Heinsius* in qua *y* [*Regius,* 1 *ap. Gesner.*] *Bentl.* 49 non] Num *Ac.* quam qui *supra u. add. δ′2*(*π′*) *opp. Pph.′* moecatur *δ′* mechatur *D u recte etiam Pph.′* ut *D1 aut pr. EγBFλ′δ′*(*β′vπ′agr*) *Ac.* at *D2 aut corr. φ superscr.* (*σ d uar. l2 r uar.*) & *u y* e *Pph.* hic *si δ* si] sit *B* sis *λ a. ras.* 50 q̄ res q̄ (= quae res quae) *B opp. Ac.* ‘In antiquioribus inuenio qua res (qua res inuenio *v Bamb. Fran.*) ut sit sensus: in quantum res’ *Acr.* quęque *B opp. Pph.′* 51 Munifico *DEγB ψ corr. λ corr. u δ′2* (*β′vσagr et Lips. omn. Bland.*) *Pph.′* Munificum *Fλ′δ′D2*(*et π1*)

esse, daret quantum satis esset, nec sibi damno
dedecorique foret. uerum hoc se amplectitur uno,
hoc amat et laudat, 'matronam nullam ego tango'.
ut quondam Marsaeus, amator Originis ille,
qui patrium mimae donat fundumque laremque,
'nil fuerit mi' inquit 'cum uxoribus unquam alienis'.
uerum est cum mimis, est cum meretricibus, unde
fama malum grauius quam res trahit. an tibi abunde
personam satis est, non illud, quicquid ubique
officit, euitare? bonam deperdere famam,
rem patris oblimare, malum est ubicumque. quid inter
est in matrona, ancilla peccesue togata?
Villius in Fausta Sullae gener, hoc miser uno

TESTIMONIA.

55 sq. Seru. ad ecl. 10, 6 59 'fama — trahit' mythogr. II 30 ap. Bodeum p. 84 62 'rem — ubicunque' Philargyrius ad Vergil. georg. III 136

VARIA LECTIO.

52 dampno *Fλ'u* (*va et Fran.*) damno *cett.'* (*π'σgr et β*) 53 uerum foret *B* hoc] *om. u* ampletitur *λ* 54 et laudat *Ω''ς'* (*et* 1 *Bland.*) hoc laudat *σ* (*et Fran.*) *y* 55 marsaeus *D* (*et π*) *Pph.* mars sęuus *B* marseus *cett.''ς' Pf. Ac.* origenis *E* originis *cett.'' Pph.' Acr.* 55—56 ille; qui p: m: donans *Bouhierus opp. Seruius* 56 nimiae *B* mimę (i *supra*) *D* mimae *cett.'' Pph.' Porph.'* 57 mi *Bu a. corr.* (*d p. ras. r* 2) *y* michi *σg* (*et β*) mihi *cett.''* (*νπ' a r* 1 *et Fran.*) inquid *B* unquam *EB* (*g*) ũq (mimis) *add. supra u. u* umquam *cett.''ς''* alienis *δ* 1 (*et π* 1) 58 nimis *φ opp. schol. F* 59 trahit. an tibi] tibi an trahit *B opp. Pph.' Porph.'* auum de *B* habunde *Fλ* 2 (*σa*) *Ac.* abunde *cett.''ς''* abuti *Schirachius* 60 quicquid *Ω''ς'' Pf. Porf.*] quidquid *g Pph. Porph.* 61 disperdere *E y* [*Regius*] .pdere (.de) *δ* pdere (*de*) *d* 62 *quid int̄ D* 63 in] *add. sup. u. u* (*r* 2) an *D* (*et Fran.*) *y* in *cett.''ς' Pph.' Porph.' Acr.* ancilla] an ancilla *D* peccesue *Ω''ς''* (*et omn. Bland.*) *Pph.* peccasue *Pf.* peccesne *y Lambinus Bentl.* 64 Villius *DEγFδ'* (*νσagr et π* 2 *Fran. Lips.*) *Ac. Acr.* Vilius *y* [*π* 1] //illi' (V) *u* Tillius *y* [*β*] Utilius *B; λ n. l.* (*l*: U'llius) Fuluius *Bentl.* infaustas ullę *B* faustę *Pph.' opp. Ac. Acr.* syllae *DF*(*vl*) *Pph. Porph. Acr.* sylle *γ Ac.* sillae *λδ'u*(*ar et βπ Fran.* 2) sillę (v) *E* sille *g* (*et Lips.*) scillae *σ* siluę *y* [*Fran.* 1] silę *Pf. Porf.* gener] genere *coni. nescio quis miscell. obseruu. Amst.* 1733, *Linkerus opp. Ac. Acr.* genero *Meinekius opp. Pph.' Ac. Acr.* hoc] ac *Linkerus opp. Ac.*

nomine deceptus, poenas dedit usque superque
quam satis est, pugnis caesus ferroque petitus,
exclusus fore, cum †Longarenus foret intus.
huic si Muttonis uerbis mala tanta uidenti
diceret haec animus 'quid uis tibi? numquid ego a te
magno prognatum deposco consule cunnum
uelatumque stola, mea cum conferbuit ira?'
quid responderet? 'magno patre nata puella est.'
at quanto meliora monet pugnantiaque istis
diues opis natura suae, tu si modo recte
dispensare uelis ac non fugienda petendis
inmiscere. tuo uitio rerumne labores,

TESTIMONIA.
71 Prisc. VIIII 8, 43 'uelataque stola' Acr. ad serm. II 3, 43

VARIA LECTIO.
65 pęnas *u* usq;] //// *E, add. in marg.*
in hoc u. ***DESINIT*** *cod. d*

66 Qam *D* Qđ *u* cesus *DEλu* *u.* 67 *seclusit Apitzius opp. Porph.′ Ac. Acr.* 67 longa renus *γψδ Acronis cod. γ alt. l.* longa rhenus *B* longurenus *Acr. cod. v alt. l. in interpret.* longarenus *cett.′ Porph.′ Acr.* Lignarenus *uel* Tignarenus *uel* Lanarenus *uel* Longurienus *Linkerus* 68 Hunc *γ a. ras. λ opp. Pph.′ schol. Γ* muttonis *γ Fλ′ (v 2 π′ g corr. r et β) Pph.′ Porph′. Acr., Ciceronis cod. Taurinensis pro Scauro 3. item δ, sed litterae* uttonis *in ras.*, multonis *v 1* mottonis *g pr.* Muttonis *Ang. Maius ad Cic. fragm. or. pro Scauro 23 opp. Porph.′ Acr.* motionis *B* mintonis (u *suprascr.*) *E* mutonis *Du γ in marg. (σa et Fran.) Acronis cod. γ schol. D ad u.* 72 *schol. δ* uidenti *DEγBFδλ corr. ς′ Pph.′ schol. F gloss. Γ* uidendi (τ *suprascr.*) *λ* uidentis *uγ* 69 hec *E* heac *λ* nunqd *E*

70 ***DEFICIT*** *π; Ω′ = DEγBFλ′δu; ς′ = aut omn. codd. β′vσ a g r (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. vσ a g r (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur e. q. s.* prognatum] cognatum *B* cunus *D pr.* recte *D corr.* 71 conferbuit *γ B pr. F corr. λ corr. δ2 ς (et β)* ɔferuuit *B corr.* ferbuit *F λ pr. δ1 u* 72 puella est] puellæ *D a. ras.* puella *D p. ras. γ*

73 meliore *B opp. Acr.* pugnaque *B* 74 tu si] tussi *δ a. ras.* 75 Dispensare *δ* ac non] annon *δ 1* petentis *λ* 76 Immiscere *u (g)* ĩmiscere *B* Inmiscere *cett.′ ς′* tuo] tu *B* uicio *D λ corr. om. λ pr.* reR̷ne *v* rerumne *σ γ opp. Pph.′ Ac.* rerumq. (†ne *suprascr.*) *r*

nil referre putas? quare, ne paeniteat te,
desine matronas sectarier, unde laboris
plus haurire mali est quam ex re decerpere fructus.
nec magis huic inter niueos uiridisque lapillos
(sit licet hoc, Cerinthe, *tuom) tenerum est femur aut crus
rectius, atque etiam melius persaepe togatae.
adde huc quod mercem sine fucis gestat, aperte
quod uenale habet ostendit, neque, siquid honesti est,
iactat habetque palam, quaerit quo turpia celet.
regibus hic mos est, ubi equos mercantur: opertos

TESTIMONIA.

44 saͦnaturum *γ* 45 Iccirco *E* (*σ*) *y* Idcirco *cett.'ς'* comedia *Eu* necne] nec ne *D* numne *Reisigius* ne haec ne *Franckeus* 46 quesiuere *γφλu* 47 quod] qui *Pph.' opp. Ac.* 49 Seuit *DEu* insanus *DEγψ*2 (*νσagr et omn. Bland.*) *Pph.'* insanit *Fλ'u γ uar.* (*β'*) *natum ex u.* 27 50 grandi *DEγF corr. u λ'*2 *ς'* grandem *Fpr. λ'* 51 ambulat *y Pph. opp. Ω'ς' Pf. Porph.' Acr.* 52 numquid *DFλ'uγ uar. ς' Pph.'* (nunq: *Pf.*) *Ac.* num qui *γ* (*r*) *y* [*Gronou.* 1] nūqui *E y* [*Lips.* 1 *Mellic.*] pomponius *EγFλ' Pph.' Porph.' Ac.* pompͦnius *D* pompei' *u* 54 puris] pueris *Fpr. λ' opp. Acr.* uerbis] uerbū *F*1 *λ'*1 *opp. Acr.* 55 qui uis *DFu* quiuis *Eγλ' Pph.'* 56 *Quo D* 58 que] *om. γ* ordine] in ordine *ψ a. ras.* uerbū ē *y* [*Vossianus*] uerbum *DEγuς'* ūm *g* uersū *Fλ'* 59 ꝑpones *E* pręponēs *γ* 60 ut *EFλ'u D in ras. γ uar. ς' Ac. Acr.* et *D a. ras. ut uid. γ* (*r*1) *y* si soluas *DEγFλ'uς' Ac.* sit soluas *λ* dissoluas *ψ corr. y sch. F in interpret.* taetra *DEγFλ'* tetra *uς'* terra *g*

belli ferratos postis portasque refregit,'
inuenias etiam disiecti membra poetae.
hactenus haec: alias iustum sit necne poema,
nunc illud tantum quaeram, meritone tibi sit
suspectum genus hoc scribendi. Sulcius acer
ambulat et Caprius, rauci male, cumque libellis,
magnus uterque timor latronibus; at bene siquis
et uiuat puris manibus, contemnat utrumque.
ut sis tu similis Caeli Byrrique latronum,
non ego sim Capri neque Sulci: cur metuas me?
nulla taberna meos habeat neque pila libellos,
quis manus insudet uolgi Hermogenisque Tigelli.
nec recito cuiquam nisi amicis, idque coactus,
non ubiuis coramue quibuslibet. in medio qui

VARIA LECTIO.

61 Bellà *y* postis *DEγ* (*a pr.*) *y* [*Lips. pr. Mellic.* 1 *ut uid.*] postes *Fλ′uς′* *u.* 62 *post u.* 67 *ponit v pr.* 62 Inuenias *Ω′ς′* *Pf. schol. γ in textu* inuenies *Pph. Acr.* disiecti *Ω′ς′* discerpti *y* [1 *cod. Valarti*] *Pph.* (d¢iscerpti *Pf.*) *quae lectio ex serm.* II 8, 86 *inrepsisse uideatur* menbra *E λ u* poete *γ φ* 63 hec *λ* necne *Dλ′u* nec ne *EγF* 64 nunc] Nec *E* tantum] tamtū *u* tañ *E* queram *Eλu* meritone] merito.ne *D* 65 sulcius *DEγς′ Pph.′ Acr.* sulgius *Fλ′y* uulgi' *u* 66 rauci] raucus *Matth. Bonfinis opp. Ω′ς′* (*et omn. Bland.*) *Pf. Acr.* *post uocem* libellis *interrogationis signum ponit Doederlinus* 67 at] ad *E* ac *l* (*et Fran.* 1) *y* 68 contemnat *γ* (*g*) contempnat *D corr. EFλ′ς′* condempnat *D a. ras.* contenpnat *u* 69 Vt *EγFλ′ς′Ac.* Ut, *sed* U *in ras. ut uid. D* Et *u y* 'pro si posuit' *Acr.* sis tu *Ω′ς′* *Pph.* tu sis *σ y Pf. schol. Paris.* 7985 cęli *Eγ Pph.′ Porph.′* celi *g* (*et β*) caelii *Fλ′* (*σ a r et Fran.*) celii *Du*(*v*) birri *EγFλ′uς Pph.′ Acr.* byrri *D* (*β′r*) byrrius *Porph.* (birrhius *Porf.*) *et Acr.* (*v*) *in interpret.* buri *y* [*Berol.* 269] *sch. Paris.* 7985 70 sim *Ω′ς′ Ac.* sum *y* [*Basil.* I *Berolin.* 269] *Pph.′ Porph.′* capri *DEγψλ′* *φ corr. ς Pph.* caprii *u* (*et Fran.*) *Pf.* capre *φ pr.* sulci *DEγ u pr.* (*vσar*) *Pf.* sulcii *g* sulgii *Fλ′u corr.* (*et Fran.*) sulgi (c *supra* g) *y* [*β*] suti *Pph.* sulcius (sult: *Porph.*) *Porph.′ in interpr.* 72 manus] mens *Machlyus* uolgi *E* (*r*) uulgi *D* uulgi *cett.′ ς′* 73 Nec *DEγuς′* Non *Fλ′y* Nec recitem *y* [*quidam libri apud Lambinum*] *Bentl.* cuiquam] quicquam *y* [*cod. Magdalenensis*] *Bentl.* coactis *λ pr.* (*σ pr.*) 74 ubi uis *E ψ*

scripta foro recitent, sunt multi quique lauantes:
suaue locus uoci resonat conclusus. inanis
hoc iuuat, haut illud quaerentis, num sine sensu,
tempore num faciant alieno. 'laedere gaudes'
inquit, 'et hoc studio prauos facis'. unde petitum
hoc in me iacis? est auctor quis denique eorum,
uixi cum quibus? absentem qui rodit amicum,
qui non defendit alio culpante, solutos
qui captat risus hominum famamque dicacis,
fingere qui non uisa potest, commissa tacere
qui nequit, hic niger est, hunc tu Romane caueto.

TESTIMONIA.

81—85 'absentem — caueto' Vincentius Bellouac. spec. hist. 69 florileg. Nostrad. 81 'absentem — amicum' florileg. Paris. 8818ᵃ cf. Augustini ad fratres in eremo serm. 26 [VI p. 1279 ed. Ben.] = anthol. Lat. III 144: 'quisquis amat dictis absentum rodere uitam, hanc mensam indignam nouerit esse sui' 84 sq. florileg. Parisin. 8069 84 cf. Gerberti epist. 5: 'quoniam, ut ait poeta, nusquam tuta fides, et quia finguntur nec uisa, nec audita, uoluntatem nostram uobis non nisi scriptis aperimus, nec uestram aliter recipiemus' 85 'hic — caueto' schol. Pers. 1, 110 Seruius ad ecl. 5, 56 georg. I 320 Lactant. schol. Statii Theb. I 57 (sed om. cod. Monac.)

VARIA LECTIO.

75 quique] quisq; *D pr.* 76 resonat] $\overset{\text{re}}{\text{sonat}}$ *ψ* sonat *l* inanis *Eγ Fλ′* (*ν* 1 *a g*) *y* [*Argent.* III *Fran. Gronou. Mellic. pr. Montepess. Vossian.*] inanes *D u* ς *Ac.* conclusus, inanis. *Doederlinus* 77 haut *Eγ pr.* (et *β*) haud *Dγ corr. Fλ′u*(*νσa* et *Fran. corr.*) aut *g* (et *Fran. pr.*) quaerentis *γ* (*a pr. g*) *y* [*Argent.* III *pr.*] q̃rent$\overset{\text{e}}{\text{i}}$s *y* [*Mellic.*] querentis *Ey* [*Lips.*] quaerentes *DF* (*νσa corr. l r* et *β*) querentes *λu* (et *Fran.*) 78 ledere *Eλ u* gaudes *Ω′*ς′ *sch. Γ sch. F* gaudet *sch. Bamb. in interpret. comment. Cruqu.* (graui *Ac.*) 79 Inquit *D a. ras. γ* (*a* et *β corr.*) *y Ac. sch. F Bentl.* Inquid *E* Inquis *Fλ′u* ς′ studium *Peerlk. opp. Pph.′Ac.* prauos *y* [*Valentian.* 1 *codex in orthographicis haud spernendus*] *Pf.* prauus *Ω′*ς′ *Pph. Ac.* 80 *sq.* est — quibus] *om. φ* 1, *add. in marg. φ* 2 81 Dixi *u pr.* 81—85 quibus? 'absentem — caueto' *interloquentem inducit accusatorem poetae Keckius* 81 qui] q̃s *florileg. Paris.* 8818ᵃ 82 deffendit *D* sulutos *D pr.* sodales *Vincentius* 83 dicatis *Dλ pr.* 84 non uisa *DEγFλ′* (*β′νσar*) *sch. F florileg.* 8069 *cons. Gerbert.* n̄ uissa (ł uisa) *u* n̄ iussa *g* commissa *Peerlk.* taceri *E* 85 hic niger] hoc nichil *Vincentius opp. floril. Nostr.* romanę *ψ*

saepe tribus lectis uideas cenare quaternos,
e quibus unus auet quauis aspargere cunctos
praeter eum qui praebet aquam; post hunc quoque potus,
condita cum uerax aperit praecordia Liber.
hic tibi comis et urbanus liberque uidetur,
infesto nigris; ego si risi, quod ineptus
pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum,
liuidus et mordax uideor tibi? mentio siquae
de Capitolini furtis iniecta Petilli
te coram fuerit, defendas ut tuus est mos:
'me Capitolinus conuictore usus amicoque
a puero est, causaque mea permulta rogatus

TESTIMONIA.

90 cf. ecbasis captiui u. 715: 'comis et urbanus, animo pius, ore serenus' 92 'pastillos Rufillus holet' gloss. Mai class. auct. VIII 421

VARIA LECTIO.

86 Sepe *u* uideas *DEF u ς'* uideat *E* uidetis *λ'* uidea *g* cenare *D u* (*a g r et Fran.*) caenare *γ F'* (*ν σ l r2 et β*) caenere (a *supra*) *λ* canere *E* quaternis (o *supra*) *u* 87 unus *DEγ u ς' Pph.'* imus *F λ' y* (*ν n. l.*) 'ultimus' *gloss. F* auet *DE γ φ λ' u ψ corr. ς' Ac.* aut *Pph.'* nouet *ψ pr.* 1 amet *y* [1 *Bland. et* 2 *codd. Valart.*] *Bentl.* quauis *D γ F λ' u ς' Pf. Ac.* quamuis *E y* [*Bamberg.* 1 1 *Bland. Mellic. Wolfenb.* III, *quidam codd. ueteres ap. Lambinum*] *Pph.* quis (o *supra*) *g* quaeuis *Peerlk.* aspargere *E* (*ν*) *Pph. Porph.* aspergere *cett.' ς' Pf. Porf. Ac.* cunctos] cunctis, *Peerlk. opp. Pph.'* 88 Preter *E λ' u* eum] *in ras. D ut uid.* prebet *D* aquam *Ω' ς' Pph.' Ac.* aqua *Muretus Octauium Panagathum secutus* ,ut aequum *Peerlk.* post] p' *F* ast *Peerlk.* 89 condita] Candida *y Reisigius opp. Ω' ς' Pph.' Porph.' Acr.* 90 comis et] cõmisc& *E* 91 ego] ergo *E* 92 Post illos *E* rufillus *Ω ς'* refillus (v *supra*) *l* rufinus *r y* gargonius *DEγ* (*ν a g et β*) gorgonius *Fλ' u* (*σ r et Fran.*) yrcū *E* hircum *cett.'* (*ν g*) hyrcum *ς'* 93 liuidus] Luuidus *D pr.* m̄cio *λ* 1 siquae *DE γ* (*a r*) sique *Pf. Ac.* siq; *g Pph.* siqua *F λ' u* (*β' ν σ*) 'pro siqua ut alibi [c. III 14, 19]: Spartacum siqua potuit uagantem fallere testa' *Acr.* 94 capitolini *γ u D p. ras. ψ corr. λ corr.* (*β' σ a g*) *Pph.' Porph.' Acr.* capitolinis *D a. ras. EF λ'* (*ν r*) p&illa *E* 95 defendes *y* [*Doruill.* II *Zulichem.*] *Porph.' opp. sch. F* mos] nos *λ* 1 96 me] Meo *E* 97 a puero] ꝟ vero *E*

fecit, et incolumis laetor quod uiuit in urbe;
sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
fugerit'. hic nigrae sucus lolliginis, haec est
aerugo mera. quod uitium procul afore chartis
atque animo prius, ut siquid promittere de me
possum aliud uere, promitto. liberius si
dixero quid, si forte iocosius, hoc mihi iuris
cum uenia dabis: insueuit pater optumus hoc me
ut fugerem exemplis uitiorum quaeque notando.
cum me hortaretur, parce frugaliter atque
uiuerem uti contentus eo quod mi ipse parasset:
'nonne uides, Albi ut male uiuat filius, utque
Baius inops? magnum documentum, ne patriam rem

TESTIMONIA.

107 sq. Prisc. XVI 16

VARIA LECTIO.

98 incolumis *Fλ'u* (*β'a*) *Porph.'* incolomis *Eγ* (*vσgr*) *schol. F* incolimis *D* letor *u* 99 ammiror *E*(*β'g*) iuditium *Eγψ* 100 hic] *om. E* nigre *E* sucus *DEγFλ'ς' Pph. Ac.* succus *u Pf.* hec *λ* 101 *post* mera *interrogationis signum ponit Doederlinus* uicium *Dλ* afore *DEFλ'ς'* (*et omn. Bland.*) *sch. F* afore (b superscr.) *γ* affore *u*(*σ*) *Ac.* 102 atque] ex *Peerlk.* animo; prius *D* ut *Ω'ς' Acr. sch. F* et *σ corr. y* [*Montepess. superscr.*] *Peerlk.* id, *Doederlinus* 103 aliud *DEγu*(*vσa et β in ras.*) quid *y* [*Fran.*] aliquid *Fλ'* (*gr*) *schol. F et Acr. in interpret.* illud *y* [*Dresd.* III] *Peerlk.* 104 michi *u* 105 inseuit *y schol. Bamb. opp. Pph.' Ac.* (*et omn. Bland.*) optumus *y* [*Vossian.*] *Pf.* (obtimus *Pph.*) optime *E* optimus *cett.'ς'* me] mi *Lambinus opp. Pph.' Acr.* (*et omn. Bland.*) 106 uiciorum *Dλ* quaeque] quēq. (superscr. at quęq) *D* quę quod *γ* quoq (superscr. q) *E* 107 ortar&ur *E* 108 mi *DEu* (*β'σa*) mihi *γFλ'* (*vgr*) *Prisciani libri* parasset *DγFuλ corr.* (*σagr et β*) *Priscianus* rass& *E* parar& *v y* parassem *λ'* (*et Fran.*) 109 utque *DEγψuλ2* (*σal2r et Fran.*) ut q; *φ a. ras.* at quę *λ1* atque *vgl1 ut uid.* (*et β*) ut qui *y* [*cod. Galeanus*] *Bentl.* 110 Baius *DEγλ corr.* (*σ pr. a r et 4 Bland.*) Barus *Fλ'* (*β'σ corr. g*) *schol. F Bentl.* Barrus *u y* Balbus *v* farris *uel* panis *malebat Bentl.* Panis *y* [*ms. Gesneri a* 1. *m.* (?)] *interrogationis signum ante* inops *ponit Doederlinus* BAIA T·F· QVINTA *inuenitur apud Mommsen. I. R. N.* 288. BAIA . . . *nr.* 5914 L·BAIVS RESTITVTVS *spec. ap. Kellermann. Vig.* 99[3] [2, 26]

perdere quis uelit’. a turpi meretricis amore
cum deterreret: ‘Scetani dissimilis sis’.
ne sequerer moechas, concessa cum uenere uti
possem: ‘deprensi non bella est fama Treboni’
aiebat. ‘sapiens, uitatu quidque petitu
sit melius, causas reddet tibi; mi satis est, si
traditum ab antiquis morem seruare tuamque,
dum custodis eges, uitam famamque tueri
incolumem possum; simul ac durauerit aetas
membra animumque tuum, nabis sine cortice’. sic me
formabat puerum dictis, et siue iubebat,
ut facerem quid, ‘habes auctorem, quo facias hoc’,
unum ex iudicibus selectis obiciebat;
siue uetabat, ‘an hoc inhonestum et inutile factum
necne sit addubites, flagret rumore malo cum

TESTIMONIA.

115—116 ‘sapiens — reddit’ gloss. Mai class. auct. VIII 597

VARIA LECTIO.

111 $\overset{s}{\text{qui}}$ λ a *Dγφ corr.* (*νσ corr. alp. ras. r*) aut *EFλ'u* (*g*) at *λ corr.* (*σ pr.*) *om. β'* 112 deterreret *DEFλ'uγ uar.* (*β'νσag*) *schol. F* deterrerer *γ* (*r*) ‘cum uellet me retinere’ *schol. Γ* scetani *Ω'* (*β'var et* 3 *codd. Bland.*) *Ac.* setani *σ* sectani *g* (*et* 1 *Bland.*) Scantini *uel* Scatini *Goettlingius* 113 męchas *D* mechas *u* 114 dep̄hensi *u* 115 quitq; *E* quidue *y Pph.' Acr. in interpret. opp. glossar. Mai* 116 $\overset{\&}{\text{reddat}}$ *ψ* reddit *y glossar. Mai recte etiam Pph.' Porph.' Ac.* mi satis est si *E u* (*β'σg*) mihi satis est si *Fλ'* (*ν*) *Porph.'* mi satis etsi *D* sed mihi sat si *γ* (*a r corr.*) *y* sat mihi est si *r pr.* 119 Incolomem *DEγ* (*νσg*) Incolumem *u* (*alr et β*) Incolumen *Fλ* (*et Fran.*) possum *DγFλ'uς'* (*et omn. Bland.*) *Bentl.* possim *Ey Lambinus* 120 Menbra *λ* 121 sine iubeat *E*

122 *INCIPIT cod. C*; *Ω' = omn. codd. DEγCFλ'* (*λl*) *u* 123 selectis *DγC* (*σagr a. ras. et β*) *Pph.'* electis *Fλ'u* (*νr p. ras. et Fran.*) electi *E cf. Plin. n. h.* XXXIII 7 (2): ‘decuriae quoque ipsae pluribus discretae nominibus fuere, tribunorum aeris et selectorum et iudicum’ obitiebat *E* 124 uectabat *E* factum *DEγφu* (*β'σagr* (*et omn. Bland.*) factu *Cψλ'* (*ν*) 125 Necne *DCγ2* Nec ne *Eγ1Fλ'u* at dubites *E* (*g*) an dubit& *C pr.* an dubites *C corr. y* addubites *cett.'ς'* ‘.i. dubites’ *gloss. Γ* flagret *DEγCuς* fraglet *Fλ'* (*et β*)

hic atque ille?' auidos uicinum funus ut aegros
exanimat mortisque metu sibi parcere cogit,
sic teneros animos aliena obprobria saepe
absterrent uitiis. ex hoc ego sanus ab illis,
perniciem quaecumque ferunt, mediocribus et quis
ignoscas uitiis teneor; fortassis et istinc
largiter abstulerint longa aetas, liber amicus,
consilium proprium: neque enim, cum lectulus aut me
porticus excepit, desum mihi. 'rectius hoc est.
hoc faciens uiuam melius.' sic dulcis amicis
occurram. hoc quidam non belle: numquid ego illi
inprudens olim faciam simile?' haec ego mecum
compressis agito labris; ubi quid datur oti,
inludo chartis. hoc est mediocribus illis

TESTIMONIA.

128—129 'sic — uitiis' Vinc. Bell. spec. hist. 69 floril. Nostr. 188

VARIA LECTIO.

Ω′ = DEγCFλ′ (λl) u; ς′ = omn. codd. β′ (β Fran.) ν σ a g r (l) praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur; ς = omn. codd. ν σ a g r (l) praeter e. q. s.

126 atque] itaꝙ *E* auidos *DEγCuλ* 2 *ς′ Pph.′ Acr.* uides *Fλ′ u uar. y* egros *u* 128 an:] amicos *C* obprobria *DFλ′u ς′ Porph.′* opprobria *γ* opꝑpria *C* obꝑ(i)pa *E* sepe *λ* 129 Abstinerent *E* uiciis *D λ* 130 Perniciem *DEγCFλ corr. ς′* Perneciem *λ′ψ corr.* Pernitiem *u* (*r*) *Pph.′* quecūq; *φ* quęcunq; *EC* et] *in ras. D ut uid.* 131 Ignoscas *DEγCλ corr. u* (*β′σagr*) Ignoscat *Fλ′* (*ν* 1) uiciis *Dλ* teneor] tentor *Desprezius* fortassis et] fortasse ſ; *C* 'Et istinc] In alio istis inuenitur. ut sit de mediocribus uitiis' *Ac. Acr.* istinc] istinc *y* [*Bamberg.*] 132 abstulerint *D pr. Eγ* (*ν a r corr. et β* 1) *Acr.* abstulerit *D corr. CFλ′u* (*σ g r pr. et β* 2 *Fran.*) etas *λ* 133 cum] *om. D pr. aut* 1, *opp. Acr.* 135 amicus (cis) *u* 136 occurram] Hoc curam *γ pr.* numquid] non qui(d) *λ* Ñ q(i)d *y* [*Fran.*] ñc qd (= nunc quid) *C* nunqd *E* 137 Inprudens *E γ C F u* (*σ a*) Imprudens *D λ′ ς′ Ac.* faciam] *om. D* hec *E φ λ* hoc *g* 138 Compressis *D γ ς′* Conpressis *ECFu* Cūpressis *λ* labris] libris *D* quida(d)tur *λ* qđ (= quod) datur *E pr. opp. Pph.′* oti *Cy* oci *σ* otii *γFλ′u* (*ν r*) *Pph.′* ocii *DEγ* (*β′ a g*) 139 Inludo *E γ C u pr. λ uar.* (*a g r*) *gloss. Γ* Illudo *D u corr.* (*σ et Fran.*) Includo *φ uar. y* Incumbo *F λ′u uar.* (*ν a* 2 *uar.*) *Ac. Pf.* (incubo *Pph.*)

ex uitiis unum; cui si concedere nolis,
multa poetarum ueniat manus, auxilio quae
sit mihi (nam multo plures sumus) ac ueluti te
Iudaei cogemus in hanc concedere turbam.

V

Egressum magna me accepit Aricia Roma
hospitio modico; rhetor comes Heliodorus,
Graecorum longe doctissimus: inde Forum Appi
differtum nautis cauponibus atque malignis.

TESTIMONIA.

141—143 cf. Ioannes Saresber. policr. III 13: 'ilico multa adulatorum ueniet manus, et ueluti te Iudaei cogent in suam concedere turbam' 141 cf. Senec. de uit. beat. c. 17: 'tota illa comicorum poetarum manus in me uenenatos sales suos effudit'

I 5. 1 Seruius uolgatus ad Verg. Aen. II 713 (deficiunt Thilonis codices)

VARIA LECTIO.

140 uiciis *D λ* nolis *Ω′ ς′* noles *Bentl.* 141 ueniat *DCF λ′u* (*β′v a g r uar.*) ueniat ueniat *γ* uenit *E* ueniet *σ r Acr. Ioannes Saresber. Dan. Heinsius Bentl.* auxilio quae *D a. ras. γ C u* (*v σ a g r uar.*) auxilioque *EF λ′ D p. ras.* (*β′r*) auxilio que *Ac.* 142 nam] iā *E* ac] et *y Ioannes Saresber. opp. Acr.* 143 Iudei *D γ λ u* cogamus *ω* [*Mediolan.* 1512] *Bentl. opp. Acr. schol. F*

I 5. EGLOGA VI · *D Pph.* ODOEPORICOS (*om. σ*) ITER SVVM DESCRIBIT (DESCRIBIT ITER SVVM *E σ*) BRVNDISII (BRVNDV: *r* ET BRVNDI: *σ*) *E γ* (*σ a r*) *inscriptione carent β′ v g l* DESCRIBIT ITER SVVM A ROMA · BRVNDISIVM SEXTA EGLOGA (EGLOGA · VI · *φ*) *F λ* EGLOGA · VI · DESCRIBIT IT̄ SVV̄ A ROMA BRVNDISIVM *u* 1 Egressum]. gressū *C* accepit *E γ C* (*β′ a g r et* 1 *Bland.*) *Pph.′ Seru. uolg.* excepit *DF λ′u* (*v σ et* 3 *alii Cruquii*) *cf. Plaut. Amphitr.* I 1, 9 *sq.*: 'ita peregre huc aduenieus puplicitus ego hospitio accipiar' *Cic. ad Att.* II 16, 4: 'te in Arpinati uidebimus et hospitio agresti accipiemus' aritia *C* arithia *u* atroia *E* 2 Hospicio *D E λ′* rethor *λ′u* r&hor *E* heliodrus *E* elio dorus *C* 3 Gręcoꝶ *C y* Grecorum *cett.′ ς′ Ac.* longe *D E γ C λ corr.* (*σ a l* 2 *uar. r*) *Acr.* linguae *F λ′u D uar. γ uar.* (*v r uar. et Fran.* 3 *Bland.* lingue *g* lingę *β*) linguam *Paulyus cf. Vopiscus Aurelian. c.* 4, 2: 'matrem quidem eius Callicrates Tyrius, Graecorum longe doctissimus scriptor, sacerdotem templi solis, qui in uico eo in quo habitabant parentes . . . fuisse dicit' unde *E* (*l*, *superscr.* ł inde) apii *u* appi *cett.′*

hoc iter ignaui diuisimus, altius ac nos
praecinctis unum: minus est grauis Appia tardis.
hic ego propter aquam, quod erat deterrima, uentri
indico bellum, cenantis haut animo aequo
expectans comites. iam nox inducere terris
umbras et caelo diffundere signa parabat;
tum pueri nautis, pueris conuicia nautae
ingerere: 'huc appelle'. 'trecentos inseris.' 'ohe!
iam satis est!' dum aes exigitur, dum mula ligatur,
tota abit hora. mali culices ranaeque palustres
auertunt somnos. absentem ut cantat amicam
multa prolutus uappa nauta atque uiator
certatim, tandem fessus dormire uiator
incipit, ac missae pastum retinacula mulae

TESTIMONIA.

5—6 'altius — unum' Seruius ad Aen. I 210 VIII 724 15—16 'absentem — uappa' gloss. Mai class. auct. VIII 614

VARIA LECTIO.

5 hoc] hinc *Botheus* iter] iṫ̄r *φ* dimisim' *u pr. aut* 1 diuissimus *l* alcius *E* 6 Precinctis *u* Precintis (c supra) *λ* Pare cinctis *C* minus] nimis *σ y* apia *u* 7 deterrima *Ω' ς' Porph.'* teterrima *y* [*Argent.* III *Pulmanni cod. H*] *Bentl. sed cf. Gell.* XVIIII 5, 5: 'in eo libro scriptum fuit deterrimam esse potu aquam e niue' uenti *E*

8 Indicio *E* cenantis *EC* (*a r* 1) *y* [*Paris.* 8213] cęnantis *D pr. γ* (*r* 2) *y* [*Bamberg.*] caenantes *D corr. F* (*v σ g* 2 *l et Fran.*) cenantes *λ u* (*g* 1 *et β*) cenantemque *Peerlk.* haut *E C* (*et Fran. pr.*) haud *cett.' ς* 9 Expectantes *φ a. ras.* Expectantans *u* Exspectans *σ a r* Expectas *y* Expectans *cett.' ς'* expecto comitem *Peerlk.* 10 celo *λ* diffudere *γ pr.* (*a et Fran.*) 11 conuitia *E C F λ' u* (*r et β*) conuictia *γ* conuicia *D ς* naute *EC* 12 hunc *γ λ* appelle *E γ C F λ' ς' Pf.* apelle *D u* (*r*) *Pph.* applica *y* [*Barcin.*] *gloss. Γ pro interpretatione* *Apitzius uerba* huc appelle *non domino aut seruo cuidam, sed toti uiatorum turbae prope canalem nauigium propter noctem iam ingruentem enixius captanti tribuit* ohe *γ C u* ohae *cett.' cf. Plaut. cas.* II 3, 32: 'ohe iam satis uxor est' *Martial.* IIII 89 (91) 1. 9: 'ohe iam satis est, ohe libelle' *sed cf. etiam s.* I 3, 7: 'io Bacchae!' 14 ora *Fλ* ra nę *u* 15 Euertunt sonnos *u* ut cantat *E γ F λ' u* (*β' σ* 1 *a*) ut cantet *v pr. r pr.* cantat *D C φ* 2 (*g r corr.* cant& *v corr.*) *Pph.' gloss. Mai* amicãį *C* amicum *glossarium Mai opp. etiam Pph.'* 16 uapa *C* *u.* 17 *om. y*

nauta piger saxo religat stertitque supinus.
iamque dies aderat, nil cum procedere lyntrem
sentimus; donec cerebrosus prosilit unus
ac mulae nautaeque caput lumbosque saligno
fuste dolat; quarta uix demum exponimur hora.
ora manusque tua lauimus, Feronia, lympha.
milia tum pransi tria repimus atque subimus
inpositum saxis late candentibus Anxur.
huc uenturus erat Maecenas optumus atque
Cocceius, missi magnis de rebus uterque
legati, auersos soliti componere amicos.
hic oculis ego nigra meis collyria lippus
inlinere. interea Maecenas aduenit atque

TESTIMONIA.

20 cf. Sedulius op. pasch. IIII 113: 'iamque dies aderat nocturna maestior umbra' 23 'quarta — hora' carmen de figuris u. 179 p. 70 Halm. 24 Eutychis ars II 16 p. 484 K.

VARIA LECTIO.

[*Lips. pr. Paris.* 8216 *pr.*] 18 Incepit *C* misę *E* misse *Cγ* mulę pastum retinacula missę *u opp. Pph.' Acr.* 19 sertit *omisso* que *λ pr.* suppinus *φ* 20 adherat *F* cū nil *uy* lyntrem *γ* (*a corr.*) *y* lync rē *E* lintrem *cett.' ς'* 21 Sentin' *E* celebrosus *ψ pr.* 22 Emulæ *E* naute *E* 24 manus *omisso* que *λ* tuas *D Eutychis cod. Paris. opp. Pph.'* lauimur *Nic. Heinsius Bentl. opp. Pph.'* et *Eutych.* foeronia *γ*, *recte etiam Pph.' Porph.' Ac. Acr.; in titulis inuenitur* IVNO FERONIA limpha *D u* 25 Millia *γ* (*a*) Mili//a *E* Milia *cett.' ς'* repimus *DγCFλ' ς'* (*et codd. Bland.*) *Pph. Porph. Ac.* repin' *E* reppimus *u pr.* repsimus *u corr.* (*σ*) *y Pf. Porf.* 26 Impositum *D* (*β' σ a g l*) *Pf. Porf.* Inpositum *Eγ C F λ u* (*σ r*) *Pph. Porph.* Impositū *ν* Impositis *a* 2 *uar. Ac.* saxis late *D E γ F λ' u ς' Pph.'* s: latę *C* late saxis *a g* (*et quidam Bland. cod.*) *y* saxū *a* 2 *uar.* anxur *D E γ C u ς' Pph.' Porph.' Acr.* anxyr *Fλ* anxir (u above) *l Pph. alt. l.* 27 Hic *γ* (*l* 1 *et β corr.*) *opp. Pph.'* maecenas *D C y* [*Bamberg.*] mecaenas *γ λ* (*et β*) maecacnas *F* mecenas *E u ς* optumus *y* [*Regin. a. ras. Vossianus*] optimus *Ω' ς' Ac.* *uu.* 28—31 *om. y* [*Paris.* 7976 *a* 1. *m.*]

28 Cocceus *E* magn' *E* 29 aduersos *E corr.* (*a*) *y* acuersos *E pr. opp. Ac.* conponere *F λ* (*ν et β*) 30 collyria *γ F* (*g et β*) collirigia *C* colliria *D E λ' u ς* 31 Inlinere *D E C F λ* Inlinire *γ* (*ν* 1 *a g l r pr. et Fran.*) *Ac.* Illinere *u* (*σ et β*) maecenas *D C* (*ν*) mecęnas *γ λ* (*et Fran.*) maecęnas *F* (*l*) mecenas *E u ς* atuenit *E*

Cocceius Capitoque simul Fonteius, ad unguem
factus homo, Antoni non ut magis alter amicus.
Fundos Aufidio Lusco praetore libenter
linquimus, insani ridentes praemia scribae,
praetextam et latum clauom prunaeque uatillum.
in Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,
Murena praebente domum, Capitone culinam.
postera lux oritur multo gratissima: namque
Plotius et Varius Sinuessae Vergiliusque
occurrunt, animae qualis neque candidiores
terra tulit neque quis me sit deuinctior alter.

TESTIMONIA.

32—33 'ad — homo' Acr. ad art. poet. 294 Seruius ad georg. II 277 cf. Vincentius Bellouac. spec. hist. 69: 'homo factus ad unguem' 35 Prisc. II 2, 13 Alcuinus p. 2085 P. 'insani — scrib(a)e' Acr. ad serm. II 3, 43 36 Seruius ad Aen. XI 788 cf. gloss. Mai class. auct. VII 552: 'batillum turibulum' 575: 'pruna, carbones uiui' VIII 80: 'batum, uas uini; batillum, paruum batum. Horatius: latum clauum prunaeque batillum' gloss. Isidor. 1601 t. VII 492 Areu.: 'uascillum, paruum uas' 39 cf. ecbasis capt. u. 322: 'postera lux oritur, multo gratissima fertur' 40—42 'Plotius — tulit' Prisc. XVII 32 41—42 cf. uita s. Thomae Cantuarensis auctore Willelmo uol. I p. 182 G.: 'quali non candidiorem terra tulit, nec quo fuerit deuinctior alter'

VARIA LECTIO.

32 Cocceus *E* forceius *C* 33 antonii *D* (*et Fran.*) antino *C* antonio *u* 34 Lusco] Fusco ω lusco *Teuffelius* pretore *E* λ 35 ridentes] dentes *E* proemia *D* premia λ 36 Pretextam λ *u* clauom *C* clauum *cett.′* ς′ *Pph.′ Ac.* uatillum Ω′ ς′ (*et omn. Bland.*) *Pph. Seruii Regin.* 1674 batillum σ *corr. r y glossar. Mai* batilum *Seruii Paris.* 7929 'quod magni penderet indutum se esse lato clauo ac praetexta et de balneis publicis prunas sibi domum a mediastinis adferri (aff.: *Porf.*)' *Porph.′* clauum, et nigram quoque alutam *Peerlk.* bacillum ω *cf. Cic. de lege agr.* II 34, 93 37 //lassi *E* 39 Proxima γ (*a*) *y* [*Bamb. uar.*] Postera *cett.′* γ *uar.* ς′ nanque γ *EC* 40 Plocius *DC* λ uarius *DE* γ *C* (ν σ *corr. a g r et Fran.*) *Seruius* uarus *F* λ′ *u* (σ *pr. et* β) sinuesse *E u* uergilius *D a. ras. E C* uirgilius *F* λ′*u D corr.* ς′ *Priscianus* 41 anime λ qualis *E* γ (*r*) *y* [*Lips. pr.*] quales *cett.′*ς′ nec *g Willelmus* 42 neque quis] nequis *C* sit] fit *C* deuincior γ *u*

o qui conplexus et gaudia quanta fuerunt!
nil ego contulerim iucundo sanus amico.
proxuma Campano ponti quae uillula, tectum
praebuit, et parochi quae debent ligna salemque.
hinc muli Capuae clitellas tempore ponunt.
lusum it Maecenas, dormitum ego Vergiliusque:
namque pila lippis inimicum et ludere crudis.
hinc nos Coccei recipit plenissima uilla,
quae super est Caudi cauponas. nunc mihi paucis
Sarmenti scurrae pugnam Messique Cicirri
Musa, uelim memores, et quo patre natus uterque
contulerit litis. Messi clarum genus Osci;
Sarmenti domina extat: ab his maioribus orti
ad pugnam uenere. prior Sarmentus 'equi te
esse feri similem dico.' ridemus, et ipse

TESTIMONIA.

43 ecbasis captiui 776 44 ecbasis capt. 991 46 'parochi — salemque' Prob. de nomine p. 209 K. 47 Seruius ad georg. I 273

VARIA LECTIO.

43 conplexus *Cφλ* (*σ et β*) complexus *cett.'ς* 44 contulerim] praetulerim *C y ecb. capt. opp. Pph.' Ac. Acr.* iucuudo *DECF* (*vσr*) iucumdo *λ* iocundo *γuς' Pph.'* 45 Proxuma *Fλ'* Proxima *cett.ς' Pph.'* quae] q; *E* tetum (c) *λ* teeum (t) *ψ* 46 Prebuit *u* parrochi *E Ac. Acr.* quae *DEγCFuς' Probus* que *λ* (q̄ *l*) qui *g y Pph.'* ligna] lingua *E* (*l* 1) *sed cf. Cic. ad Att.* V 16, 3 47 mule *g* mulae *y opp. Seruius* ditellas *C* 48 it] ut *E* maecenas *DCφ* (*v r*) mecęnas *γ* maecęnas *ψ* (*l*) mecenas *Eλuς'* uergilius *C* uirgilius *cett.' ς'* 49 Nanque *γC* lippus *E* 51 super] semp *C* Caudi cauponas] cauponas claudii *u* caudi *D* (*g r*) *y Pf. Porph.' Ac. Acr.* claudi *EγCς'* (*et omn. codd. Cr.*) *Pph.* claudii *Fλ'u* nun. (c) *φ* 52 scurre *γ* messiiq; *E a. ras. Pph.* (*non Pf.*) cicerri *DFλ'u* (*g et β* 2) *Pf.* cicerrei *y* [*β* 1] cicirri *C* (*vσar et Fran.*) *Pph. Porph.* cicirci *γ* cirei *E* cicirrius (cicerrius *Porf.*) *Porph. in interpr. cf.* CICEREIVS *C. I. L.* I 565 53 patre] pat *C* 54 litis *D pr. EγC* (*a* 1 *r*) *y* [*Lips. pr.*] lites *cett.'ς'* 55 Sarmenti (Serm: *Pph.*) domina exstat . . . Messi clarum genus Osci (orti *Pph.*) *hoc ordine Pph.' Porph.'* exstat *Γph. opp. Ω'ς' Pf.* 56 uenire *E* (*g*) sarmentis *E* (*g*) sarmentius *Porph.' opp. Acr. ad u.* 63 57 ferri *E* redem' *E pr.*

Messius 'accipio', caput et mouet. 'o tua cornu
ni foret execto frons' inquit, 'quid faceres, cum
sic mutilus miniteris?' at illi foeda cicatrix
saetosam laeui frontem turpauerat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,
pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat:
nil illi larua aut tragicis opus esse coturnis.
multa Cicirrus ad haec: donasset iamne catenam
ex uoto Laribus, quaerebat; scriba quod esset,
nilo deterius dominae ius esse; rogabat
denique cur unquam fugisset, cui satis una
farris libra foret, gracili sic tamque pusillo.

TESTIMONIA.

59—60 'quid — minitaris' gloss. Mai class. auct. VIII 341

VARIA LECTIO.

58 Missus *E* Mesius *C* (*r*) *opp. inscriptiones* capud *upr.* tua] tibi *Peerlk.* 59—61 'o si non esses mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres (facer& *ν*), quomodo minitaris ut taurus?' *Acr.* 59 Si *upr.* execto *ECFλ'* (*et Fran.*) exsecto *Dγuς* inq͞d *C* 60 miniteris *DEγ* (*σ et β*) minitaris *CFλ'u* (*vagr et Fran.*) *glossar. Mai* foeda *DEγς* faeda *Cu* (*β'σ*) feda *Fλ'* 61 Saetosam *Dγ CFu* Saetossam *λ* Setosā *Eς'* Sec: *g* lęui *γ* (*σ*) leui *ECFλ'uD uar. ς' Pph.' Linkerus* lęti *D* 'leui oris frontem pro leuam partem ponit in fronte' *Porph.'* 'in leua parte frontis habuit cicatricem' *gloss. Γ* oris] orbe *Horkelius* ora *Apitzius* 62 Canpanū *u* immorbum *λ* fatiem *u* iocatus] locatus *C* 63 saltrat *E* cyclopa *Fλ'* (*g*) *Ac. Acr.* ciclopa *DEγuς'* cillo pa *C* cidopo *E* rogarat *C* *uu.* 64—67 *omis. y* [*Paris.* 7976 *a* 1. *m.*] 64 larua] barba *D a. ras. φ uar.* (*ν* 1 *r*) *cf. Acr.*: 'quia demissa erat (erat dem: *ν Bamb.*) barba' aut] āt *C* cuturnis *D pr.* coturnis *cett.'ς'* 65 cicerrus *DFλ'u* (*ν* 2 *g et Fran.*) cicirrus *EγC* (*ν* 1 *σ a r et β*) hec *λ'* 66 querebat *λ*

67 Nilo deterius *ν y* Nihilo deterius *DEγCFλ'* (*ar pr. et Fran. Bland.* 4.) *Pph.' Ac.* Nichilo deterius *u* (*β'*) Nullo deterius *ν* 2 *uar. σr corr. y* Deterius nihilo *l* 2 (nich: *g*) *y* dominae ius] domicevis *E* dominus *Pph.* dominū uis *Pf.* domini *γC* (*v a r*) *y fort. rectius, cons. Porph.'*: 'id est: nullum praeiudicium dominum passum, quod illum decuria scribarum sibi comparasset' dominae *cett.'* (*β'σ*) *gloss. Γ* dn̄e *g* 68 unquam *Eγ* (*a*) nūc quā *g* umquam *cett,'ς'* (*et omn. codd. Cruquii*) satis] sanis *λ* 1

prorsus iucunde cenam producimus illam.
tendimus hinc recta Beneuentum, ubi sedulus hospes
paene macros arsit dum turdos uersat in igni:
nam uaga per ueterem dilapso flamma culinam
Volcano summum properabat lambere tectum.
conuiuas auidos cenam seruosque timentis
tum rapere atque omnis restinguere uelle uideres.
incipit ex illo montis Apulia notos
ostentare mihi, quos torret Atabulus et quos
nunquam erepsemus, nisi nos uicina Triuici
uilla recepisset lacrimoso non sine fumo,

TESTIMONIA.

70 cf. ecb. capt. 1206: 'prorsus iucundam noctem produximus istam' 72 schol. Pers. 6, 24 78 cf. Gellius II 22, 25: 'ut est Horatianus quoque ille Atabulus' 80 cf. Ouid. met. X 6: 'fax . . . lacrimoso stridula fumo' Auson. epist. 4, 7: 'et tinguit piceo lacrimosa colonica fumo'

VARIA LECTIO.

70 iucunde *γCFλ′(v a r)* iocunde *β′σ* iucundȩ *E* iocunde *u* iocundā *D* iucundā *g ecb. capt.* cenam *EC(β′a g)* caenam *DγFλ′u ς* producimus *Ω′ (β′vσ corr. a r)* pducimus *g y* produximus· *σ pr. y ecb. capt.* illam] istam *ecb. capt.* 71 recta Beneuentum] beneuentū recte *u* recta *EγC (v 1 σ a g)* recte *DFλ′u (β′v 2 r) y* setulus *λ pr.* 72 Pene *EFλu (β′a g)* Paene *DγC (vσ et omnes codd. Cr.)* Poene *l r* arsit macros *y Lambinus opp. Pph.′ schol. Pers.* turdos dum *ω [Mediol. 1477] opp. Pph.′ schol. Pers.* tardos *φ 1* turbos *E* in igni *DEγCφλ′u (v a g r)* in igne *ψ (β′σ) schol. Pers.* insignis *Pph.′* 73 dilapso *DEγu (vσ a r et Fran.*; dal: *β 1)* delapso *CFλ′(g et β 2)* Volcano *ECFλ′ y [Lips. Regin. 1 Vossian.]* Vulcano *Dγu ς′* 75 cenam *σ a g (et Fran.) y* caenam *Ω′ (v r et β)* timentis *EγC (a r) y [Lips. Mellic. Regin. 1]* timentes *DFλ′u ς′* 76 Tunc *v y* omnis *DEγC (σ a r) y [Bamberg. Gronou. Lips. Mellic. Valentian. Vossian.]* omnes *Fλ′u ς′* restringuere *Cy* uideres] uideri *E* 77 Incipit *u* montis *D pr. γC(a g) y [Bamberg. pr.]* montes *EFλ′u D corr. ς′ Pph.′* appulia *D opp. Pph.′* mihi Daunia *Heimsoethius opp. Pph.′ schol. Bamb.* 78 Ostentare *φ* mihi,], grauis *Heimsoethius opp. Pph.′ Acr.* torret] terret *EγCy opp. Pph.′ Porph.′ Ac.* at/abulus *ψ opp. Pph.′ Ac. Gellius* 79 Nunquam *EγC* Numquam *cett. ς′* uicina] auicina *C opp. Pph.′* triuici *D corr. CFλ′u ς′ Pph.′ Acr.* triciui *D 1 aut pr. Eγ Ac.* 80 Valla *E* lacrimo *E*

udos cum foliis ramos urente camino.
hic ego mendacem stultissimus usque puellam
ad mediam noctem expecto; somnus tamen aufert
intentum ueneri, tum inmundo somnia uisu
nocturnam uestem maculant uentremque supinum.
quattuor hinc rapimur uiginti et milia raedis,
mansuri oppidulo, quod uersu dicere non est,
signis perfacilest: uenit uilissima rerum
hic aqua, sed panis longe pulcherrimus, ultra
callidus ut soleat umeris portare uiator;
nam Canusi lapidosus, aquae non ditior urna
qui locus a forti Diomede est conditus olim.
flentibus hinc Varius discedit maestus amicis.

TESTIMONIA.

87 cf. ecbasis capt. 793: ‘potio talis adest, quae uersu dicere non est’ 93 cf. ecbasis capt. 506: ‘flentibus hic paucis discedit moestus amicis’

VARIA LECTIO.

81 rammos *C opp, Acr.* 83 noctē mediā *D* 84 Intantum (e *supra*) *φ* inmundo *DEγFu ς′ Pph.* īmundo *C Pf.* inmodo (v̄ *supra*) *λ* 85 Nocturna *C* uentre *λ′* sopinū *C* suppinum *φ* 86 Quattuor *EγCFu*(*val*) Quatuor *Dλς′* raedis *γCFλ′*(*r*) redis *Euς′* rhędis *D* 87 opidulo *DC* 88 pfacilē *y* [*Gronou.*] pfacele ē *E* perfacile *u* perfacile est *cett.′ ς′ Pph.′* uillissima *u* 89 panis] *om. u pr.* 90 Callidus *u* umeris *D Pph.′* umbris *C* humeris *cett.′ ς′* 91 labidosus *D pr.* aquae] atq; *E* sed (aquae *supra*) *u opp. Pph.′* dicior *Dλ*(*vgr*) dulcior *y* [*β*2 *uar. et alii*] *Pph.′* ditior *cett.* (*β′σal*) ditius *Peerlk.* urna] una *Apitzius opp. Pph.′* *u.* 92 *uncis inclusit Bentl.; Peerlk. uersui* 88 *iungit sic:* ‘signis perfacile est: locus a forti Diomede conditus est olim; uenit . . . aqua’ *uersus* 92 *non memoratur a Pph.′ Porph.′ Ac. Acr.; gloss. Γ exhibet:* ‘locus] Canusium’ *cf. praeterea Acr. ad serm.* I 10, 30: ‘Canusini enim cum sint Latinae gentis et a Diomede Gr(a)ecitatis partem trahant . . .’ 93 hinc] hic *u*(*vg*) *y Bentl.* hin *l pr. y* hinc *cett.* (*β′σar*) *Pph.′ cf. Plaut. cist.* I 2, 13: ‘hinc flens abiit’ uarius *DEγC* (*β′vagr a. ras.*) *Pph.* (uarijs *Pf.*) uarus *Fλ′u* (*σ r p. ras. et β corr.*) discedit *EγCFλ′uς′ Pf. ecb. capt.* (desc: *Pph.*) discessit *D* (*σ*) mestus *DECu* meaestus *λ*

inde Rubos fessi peruenimus, utpote longum
carpentes iter et factum corruptius imbri.
postera tempestas melior, uia peior adusque
Bari moenia piscosi; dein Gnatia Lymphis
iratis extructa dedit risusque iocosque,
dum flamma sine tura liquescere limine sacro
persuadere cupit. credat Iudaeus Apella,
non ego: namque deos didici securum agere aeuom,
nec, siquid miri faciat natura, deos id
tristis ex alto caeli demittere tecto.
Brundisium longae finis chartaeque uiaequest.

TESTIMONIA.

94 'inde — peruenimus' Seruius ad georg. I 266 101 'namque — aeuum' Acr. ad serm. II 6, 65

VARIA LECTIO.

u. 94 *omis. E* 1 *opp. Ac. Acr.* utpute *C* 95 imbri] imbre *C* (*v* 2 *uar.*) ymbri *v σ* 96 tempesta *E* peiora (at ad) tusq *γ* atusq: *E* 97 Bari *DγCFλ'ς' Ac.* Barri *E* (*σ r et β* 2) Barri *u* maenia *D Cu* ¶ scosi *D* dein *DEγC* (*β'vσa*) dehinc *Fλ'u* (*g*) *Pph.'* deinde *r* hinc *Peerlk.* gnatia *D corr. EγC* (*v uar. σ a r et β*) *Pph.* gratia *D pr. Fλ'u* (*β'v* grā *g et Fran.*) *Pf.* Egnatia *ω Peerlk.* lymphis *DEγF* (*v a g r*) *Pph.' Ac.* limphis *Cλ'u* (*β'σ*) nimphis *y* [*Bamberg. Montepess. uar.*] Nymphis *Peerlk.* 98 extructa *DECFuς' Pf.* exstructa *γλ* (*σ*) *Pph.'* risus] rurs' *E opp. Pph.' Acr.* iocos] locos *C* 99 thura *D* lumine (*l limine*) *E pr. y* flumine *C* (*g*) flamine *r* limne *Pph.'* 'limine] in templo' *gloss. Γ* 100 credat *DEγFλ'uς' Pph.'* credet *C* (*g*) credas *Peerlk.* iudeus *DEλu* apellat *λ opp. Pph.' Ac. Acr.* *u.* 101 *del. Gruppeus opp. Pph.' Porph.' schol. γ* 101 nanq *γC* aeuom *C* aeuum *cett.' ς'* (euū *g*) *Pph.'* *u.* 102 *om. v pr.* 102 miris *D a. ras.* faciat] faciatsi *λ* (facias *l*) deos] deo *E om. Pph.'* 103 Tristis *DEγC* (*ag*) *y* [*Bruxell.* 9777 *Gronou. Mellic.*] Tristes *Fλ'uς' Pph.'* celi *λu* demittere *γCFλ'u* 2 (*a g et β*) *Pph.'* dimittere *DEu* 1 (*vσr et Fran.*) 104 Brundisū *E* Brundisium *cett.' Acr.* Brundesium *Pph.' Porph.'* longe *EC Pph.'* cartę *E* carthę *u* niequest *Pph.* uiaeque (uieq *g*), *om.* est, *u* 1 (*g*) *y Bentl.* uiaeque est *cett.' ς' Pf.* *in extremo sermone 5 legitur in Porph.'*: '~~EGLOGA III~~ (*om. Porf.*) huius eglogae ordo post secundam eglogam primi libri ordinatus est'

VI

non quia, Maecenas, Lydorum quicquid Etruscos
incoluit finis, nemo generosior est te,
nec, quod *auos tibi maternus fuit atque paternus,
olim qui magnis legionibus imperitarint,
ut plerique solent, naso suspendis adunco
ignotos aut me libertino patre natum.
cum referre negas quali sit quisque parente
natus, dum ingenuus, persuades hoc tibi uere,
ante potestatem Tulli atque ignobile regnum

TESTIMONIA.

I 6. 5 'naso — adunco' schol. Pers. 1, 40

VARIA LECTIO.

I 6. AD MECENATEM DE VITA SVA *Eγ* (*σ a r et Fran.*) EGLOGA (EGLOCA · *λ*) VII · *DFλu inscriptione carent C* (*ν g l et β*) *totus sermo post* I 3 *legitur in Porph.'* HAEC EGLOGA ORDINE SVO · | SEQVITVR *Porph.* 1 męcenas *D C* (*ν r*) męcaenas *F λ'* mecenas *Eγuς'* lidorum *Cλu* (*σ*) *Pph.'* lydorum *cett. ς' Pph.' alt. l. Ac.* quidquid *C* (*g*) *Pph.* qđvicqd *E* quicquid *cett.' ς' Pf.* etrhuscos *u* 2 finis *DEγ pr. C* (*a g r*) *y* [*Lips. pr. Mellic.*] *Pph.'* fines *Fλ'u D corr. ς' Pph.' alt. l. Acr.* generosius *E opp. Acr.* *u.* 3 *post u.* 4 *legitur in y* [*Mellic.*] 3 Ne *Ey* auus *Ω'ς' Ac. Acr.* 4 legionibus *Ω'ς'* regionibus *y; imitatus est Apollinaris Sidon. carm.* II 204: 'innumerabilibus legionibus imperitabant' imperitarint *DγC* (*σ a r*) inperitarint *E* imperitarent *Fu* (*β'ν l r uar.*) inperitarent *λy* imperitaret *g* imperitarunt *y* 5 Vt *DγCφuλ p. ras. ς'* Aut *Eλ'ψ2* (*ν uar.*) Aut *ψ* adunco] acuto *y* [*codex collegii Trinitatis*] *ω schol. Pers.* 6 Ignatos *E* ut *Dφ corr.* (*σ corr. et β pr. Fran. p. ras.*) aut *γFλ'u* (*σ pr. a r et β corr. Fran. a. ras.*) at ut *E* aut ut *C* (*g*) et ut *ν* natus *D1 C* (*r1*) natos *γE* (*ν2 uar. a g*) natum *Fλ'u D2 γ uar.* (*β'νσ*) 7 Dū *u pr. y* nægas *D pr.* qualis *Eγ pr. y* 8 ,persuades hoc tibi, uere *sic interpung. Doederlinus opp. Acr.* 'persuades hoc tibi recte' *Acr. ad u.* 14 'Recte hoc tibi persuades, o M(a)ecenas, quod ante imperium Tulli qui unus ex septem regibus seruili tamen genere fuerat, alii multi ignobiles sed uiri boni et uitae optimae extiterunt. Sensus hic est: Recte hoc sentis, non nobilitatem magni pendis sed uirtutem' *Acr.* 9 tullii *u* (*g*) tulli *cett.'ς' Pph.' Porph.' Acr.* ignobile regnum] ignobili regnum *Pph.* ignobilis regni *Pf.* ignobilis Anci *Peerlk.*

multos saepe uiros nullis maioribus ortos
et uixisse probos, amplis et honoribus auctos;
contra Laeuinum, Valeri genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulsus fugit, unius assis
non unquam pretio pluris licuisse, notante
iudice quo nosti populo, qui stultus honores
saepe dat indignis et famae seruit ineptus,
qui stupet in titulis et imaginibus. quid oportet
nos facere a uolgo longe longeque remotos?
namque esto, populus Laeuino mallet honorem
quam Decio mandare nouo, censorque moueret
Appius, ingenuo si non essem patre natus:
uel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.

TESTIMONIA.

11 cf. Prudent. c. Symmach. I 595: 'honoribus aucti' et ecbasis capt. 1151: 'litterulis doctus, multis et honoribus auctus' 15—16 'populus quoque (si florileg.) stultus — indignis' Vincent. Bellouac. spec. hist. 69 florileg. Nostrad. 188

VARIA LECTIO.

10 Multo *EC opp. Pph.'* sepe *Eγλ* crede *Peerlk. opp. Pph.'* nulli *C opp. Pph.'* 11 amplis] multis *v*, *sed* ł amplis *superscr. a 2. m. y ecb. capt.*, *at cf. Sallust. Iug.* 25, 4: 'amplis honoribus usi' 12 leuinum *DEγλ'u* 13 pulsus regno *C (g) y* fugit *DγCFλ'uς'* (*et* 4 *Bland.*) fuit *EF corr. λ' corr.* (*σ* 2 *r uar. et β uar.*) *cf. Vergili Maecenas* I 24: 'quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit' *Ouid. met.* VII 290: 'pulsa fugit macies' *Lactant. diuin. instit.* I 13: 'fugit igitur expulsus' regno pulsus fugit] fugit pulsus regno *Peerlk.* 14 Non unq *E* Non umquam *γFλ'uD corr. ς'* Nonnumquam *D a. ras. (g) Pph.* (nō nunq̃ *Pf.*) Nonnunq *C* p̃cio *DC* p̃ci *E* plures *l* 1 15 indice quo? nosti: populo *Keckius* iudice eo, nosti, *Peerlk.* 16 Sepe *EC* fame *EC* fama *λ'* 17 inmaginib *C* 18 nos] non *ω* uos *Bentl. opp. Ac. Acr.* uolgo *ECFλ' (v) y* [*Lips. pr. Vossian.*] uulgo *Dγuς'* longeque] lateque *g y Pf. opp. Pph. y* [*omn. Cr.*] *post u.* 18 *uersum* 'uiuere perpetuo (*uel* uel porro) longe longeque remotos' *excidisse putat Doederlinus opp. Pph.'* 19 Nanq; *γC* Namque *cett.' ς' Pph.* esto] est *Pph.'* esto, ut *Kirchnerus opp. Pph.' Ac. Acr.* leuino *γλu* *u.* 21 *in parenthesi collocat Reisigius* 21 Aapius *u* si non essem] qui non esset *Peerlk.* 'cum non essem' *schol. Γ* 22 quiesset *Peerlk. opp. Pph.'*

sed fulgente trahit constrictos Gloria curru
non minus ignotos generosis. quo tibi, Tilli,
sumere depositum clauom fierique tribuno?
inuidia adcreuit, priuato quae minor esset.
nam ut quisque insanus nigris medium impediet crus
pellibus et latum demisit pectore clauom,
audit continuo ‘quis homo hic est? quo patre natus?’
ut siqui aegrotet quo morbo Barrus, haberi
et cupiat formonsus, eat quacumque, puellis
iniciat curam quaerendi singula, quali
sit facie, sura, quali pede, dente, capillo:
sic qui promittit, ciuis, urbem sibi curae,

TESTIMONIA.

31. 33 cf. ecb. captiui 1145: ‘formosus facie sura pede dente lacerto’

VARIA LECTIO.

23 Set *γ pr.* constrictos *Ω′ ς′ Ac.* constructos *σ y* conscriptos *Pph.′* 24 quo tibi] qđibi *E* quo] quod *D a. ras. Pph.′ opp. Ac.* tilli *DEγFλ ς′ Pph.′ schol. Γ Bentl.* tulli *u* (*ν σ corr. l a. ras. et Fran.*) *Ac.* 25 clauom *C* clauum *cett.′ ς′* fieri] fure *aut* fiere *C* tribunum *D corr. u* 2 *y* tribunus *u* 1 tribuno *cett.′ ς′ Pph.′ Porph.′ Ac. Acr.* ‘ceterum illud simplicius erat fierique tribunum’ *Porph.′* 26 adcreuit *ECFλ′u* (*ν r et Fran.*) accreuit *Dγ* (*σ a g* acreuit *β*) quae minor] qui minoR *E* 27 nigris] *om. u* impediet *D C λ′* (*σ a r et Fran.*) *Ac.* inpediet *Eγ* (*ν* ĩp: *g*) inpediit *u φ corr.* (*et β in ras.*) *y* 28 demisit *γCFλ′u ς′* (demissis, t supra, *r*) dimisit *DE* (*g*) clauom *C* clauum *cett.′ ς′* 29 hic est *DEγ̇* (*β′ σ a r*) est hic? *y* [*Barcin. Monac.* V, *omn. codd. Cruq.*, *Vatic. B ap. Feam*] hic et *CFλ′u* (*g*) hic aut *y Bentl.* hic ẽ. ~~aut~~ *ν* hic, est *Apitzius* hic? et *Kruegerus* ‘aut inquirentium aut exprobrantium hic sermo est’ *Acr.* 30 Vt *DEγCψλ′u ς′ Pph.′ Ac.* Et *φ ψ uar. in marg. a. ras. ut uid.* (*r*) *y* ‘alia comparatio’ *Acr.* siqui *DFλuγ ras. Pph.′ Ac.* si qui *C* siquis *γ a. ras.* siqui// *E* egrotet *Eu* barrus *DEγCu ς′ schol. γ cf. Cic. Brut.* 46, 169 uarrus *Fλ′ Pph.′ Acr.* ‘Barrus (Varrus *ν* Barus *Fran.*) iste cupiebat se (*om. ν*) formosum uideri (uid: form: *γ Bamb. Fran.*)’ *Acr.* 31 Et cupiat *DEγCF ς′* (*et omn. Bland.*) *Ac. Acr.* Vt cupiat *λ′u φ uar. ψ corr.* (*a* 2 *r uar.*) *y* et percupiat *Paulyus* ut percupiat *Doederlinus* formonsus *C* formosus *cett.′ ς′* quacunq; *C* 32 INliciat *C* Illiciat *g* Initiat *E* Iniciat *cett.′ ς′* Iniciet *Peerlk.* ‘inicit (incipit *γ Bamb. Fran.*)’ *Acr. in interpret.* quęrend//i *ψ* querenti *E* 33 facię *E* 34 sic] Si *Cy opp.*

imperium fore et Italiam, delubra deorum,
quo patre sit natus, num ignota matre inhonestus,
omnis mortalis curare et quaerere cogit.
'tune, Syri, Damae, aut Dionysi filius, audes
deicere de saxo ciuis aut tradere †Cadmo?'
at Nouius collega gradu post me sedet uno:
namque est ille, pater quod erat meus. 'hoc tibi Paulus
et *Messalla uideris? at hic, si plostra ducenta
concurrantque foro tria funera, magna sonabit
cornua quod uincatque tubas: saltem tenet hoc nos'.

TESTIMONIA.

38 Prisc. XVIII 1, 4

VARIA LECTIO.

Pph.' Porph.' Ac. qui] *om. E* ciuis *Eγ* 1 *C* (*a r*) *y* [*Bamberg. Barcinon. Regin.* 1] *Acr.* ciues *cett.' ς' Pph.'* cui9 *g* curae et *y* curet *gy* curę & rei (*leg.* rel.) *Pph.* 35 delubra] et delubra *y Bentl.*

36 matre] *om. γ pr.* 37 Omnis *C* (*g*) *y* [*Bruxell.* 9777 *Lips.*] Omnes *cett.' ς'* mortalis *γC* (*a g*) *y* [*Lips. Mellic.*] mortales *cett.' ς'* curae *E* querere *EγCu* cogat *D* 1 *EγFλ'* (*β'vag* cugat *r*) cogit *u D* 2 (*σ*) cog& *C ut uid.*, *coni. Peerlk.* 38 Tunc *E* Tu, *omisso* ne *D recte etiam Priscian.* siri *ECu* dame *Cλ* damme *Ac. cons. Acr.* aud *γ pr.* dionysi *F* dionisi *cett.'* 39 de *DEγ CFλ'ς' Pph.' Acr.* e *u* (*σ pr. g*) *om. y* saxo] xaso *φ* ciuis *C* (*a*) ciu9 *g* ciues *cett.' ς' Pph.'* aut *DEγCFλ'ς' Pph.'* & *u y* cadmo *Ω'* (*sed euanuit C*) *ς'* (*et* 4 *Bland.*) *Pph.' Porph.' Ac. Acr.* chatmo *σ* camo *y* [*Paris.* 8216 *corr. codex Martinius cum Busl. et Nann.*] chamo *y* [*Zulichemianus siue Carrionis cod.*] cahmo *y* [*Regius*] bathmo *coni. Cruquius* 'Cadmus carnifex illo tempore fuisse dicitur' *Porph.'* 'Cadmus fuit carnifex notae crudelitatis' *Acr.* 40 At *D Eγ corr. CFλ' ς' Pph.' Porph.' Ac.* Et *u* Aut *γ pr.* (*r pr. aut* 1) 'Subiectio' *Acr.* collega *Ω' ς' Pph.'* *uu.* 41 — II 7, 118 *DESVNT cod. C*

Ω' = DEγFλ' (*λ l*) *u; ς' = aut omnes codd. β'* (*β Fran.*) *v σ a g r* (*l*) *aut ea pars horum codd. ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. v σ a g r* (*l*) *aut ea pars horum codd. ex quibus non aliae lectiones notantur*

41 Nanque *λ'* ille] *omis. λ* 1 *opp. Pph.'* tibi] tib[i] *γ* 42 messala *Ω'ς' Acr.* hic] his[c] *u* plostra *DEγFλ'ς Pph.'* plaustra *u y* [*Fran. cum aliis*] 43 'Aut magna cornua. aut magna funera. aut magna sonabit pro ualde sonabit' *Acr.* 44 quod] quo *Kirchnerus opp. Acr.*

nunc ad me redeo libertino patre natum,
quem rodunt omnes libertino patre natum,
nunc, quia sim tibi, Maecenas, conuictor, at olim,
quod mihi pareret legio Romana tribuno.
dissimile hoc illi est; quia non, ut forsit honorem
iure mihi inuideat quiuis, ita te quoque amicum,
praesertim cautum dignos assumere, praua
ambitione procul. felicem dicere non hoc
me possim, casu quod te sortitus amicum:
nulla etenim mihi te fors optulit; optimus olim
*Vergilius, post hunc Varius dixere quid essem.

TESTIMONIA.

47 'nunc (non Seruius) — conuictor' Seruius ad Aen. I 214 gloss. Mai class. auct. VIII 598 49 sq. Prisc. XV 6, 35 'dissimile — quiuis' Prisc. XV 4, 24

VARIA LECTIO.

Ω′ = DEγFλ′ (λ l) u ς′ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν σ a g r (l) aut ea pars horum codd. ex quibus non aliae lectiones notantur ς = aut omnes codd. ν σ a g r (l) aut ea pars horum codd. ex quibus non aliae lectiones notantur

uu. 45 *sq. omis. y* [*Argent.* III *pr.*] *tacent Pph.′ Porph.′* *u.* 46 *om. y* [*Bamberg.* 1 *Lips. pr. Par.* 8216 *pr.* 8219 *Nostrad.* 184 *a* 1. *m. Vossianus* 1] *u.* 47 *ante* 46 *ponit y* [*Bruxell.* 9777]

46 omnes] homines *u* natum *EγFλ′u* (*β′σ*) natus *D* (*ν a g r*) *y* 47 sim *E γ F λ′ u ς Pph.′ Seruius* sum *D* (*β′*) *y glossar. Mai, Bentl.* 'quod sum' *schol. γ in interpret.* tibi Maecenas] mecenas t *u opp. Pph.′ Seruius* maecenas *D* (*ν a g*) maecaenas *F* (*l*) mecęnas *γ* mecenas *E λ u* (*σ r et Fran.* mecena *β*) 48 pararet *D pr. E* 49 illi] ẻ illi *u* ille *E* forsit *Ω′* (*β′ν a et omn. codd. Cr.*) *Pph. Priscianus* fors sit *g y* forsan *λ* 2 *u uar.* (*σ*) *y Pf.* 50 qui uis *ψ Pph.* quiuis *etiam Pf.* *uu.* 51—53 *om. E* 1 *opp. Acr.* 51 Presertim *E u* assumere *D E γ u ς′* assummere *λ′* adsumere *F* adsūmere *g* *punctum post* assumere *ponit, tollit ante* felicem *Apitzius* 52 Ambicione *D λ* 53 me] Te *u* possim *Ω′ς′* (*et omn. Bland.*) possum *σ corr. l* 2 *uar.* (*et β superscr.*) *y* possunt *ω commentat. Cruq. Bentl.* 54 mihi te] tibi me *y* [*cod. colleg. s. Trinit. ap. Bentl.*, 2 *codd. Valarti*] *commentat. Cruq. Bentl.* optulit *γ λ* (*g*) *y* obtulit *DEFu ς′* 55 Virgilius *Ω′ς′* uarius *DEγ* (*ν σ corr. a g r a. ras.*) uarus *Fλ′u* (*β′σ pr. r p. ras.*) essem] esset *E*

ut ueni coram, singultim pauca locutus,
(infans namque pudor prohibebat plura profari)
non ego me claro natum patre, non ego circum
me Satureiano uectari rura caballo,
sed quod eram narro. respondes, ut tuus est mos,
pauca: abeo, et reuocas nono post mense iubesque
esse in amicorum numero. magnum hoc ego duco,
quod placui tibi, qui turpi secernis honestum
non patre praeclaro, sed uita et pectore puro.
atqui si uitiis mediocribus ac mea paucis
mendosa est natura, alioquin recta, uelut si
egregio insparsos reprehendas corpore naeuos,
si neque auaritiam neque sordes ac mala lustra

TESTIMONIA.

56 Prisc. XV 2, 5. 4, 19 56—57 'singultim — profari' ecb. captiui 117 sq. 56 'singultim pauca locutus' gloss. Mai class. auct. VIII 553 59 Seruius ad georg. II 197 62—64 'magnum — puro' om. u. 63 floril. Nostrad. 188 64 cf. ecb. captiui 1147: 'tu patre praeclaro nutritus pectore casto' 66—67 'uelut — naeuos' Hieronym. epist. ad Saluinam 79

VARIA LECTIO.

56 uenit λ *recte etiam Pph.' Priscian.* singultu *u opp. Pph.' Ac. Priscian. ecb. capt. glossar. Mai* singultū *γ marg. schol. Fran.* 57 nanq. λ 58 claro *DFλ'u* (*β'ν σ g r*) clarum *Eγ* (*a*) *y* natum] nautū *ψ* 58. 59 'ORDO. Non ego narro me circum rura uectari caballo sature iano . . . Tarentino quia Satureia dicta est Tarentina ciuitas' *Acr.* 59 me] Ne *u pr. opp. Seruius* saturae iano *F* sature//iano *D* sature iano *λ'* (*a g*) satureiano *E γ* (*σ r et β*) *Pph.' Seruius cons. Porph.'* satyreiano *u* (*ν*) Satureiana *Petrus Nannius* sata Vreiano *Zangemeisterus* 'Satureiani nomine fundi in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli ac nobiles; per quod 'Apulum equum' significat' *Porph.'* 60 eram] erat *u y* 61 Pauca] ł pauca (*sic*) *γ* 62 magnō *D* ego] *om. D pr.* 64 preclaro *λ u* s& *γ* s; *u* sed *cett.'* 65 si] *om. E* uiciis *D λ* ac *DEγuς' Pph.'* aut *Fλ'* at *φ2 y* 66 alioquin *DE γ u φ2 ψ corr. ς' Pph.* alioqui *F u Pf.* alio qui *λ* (ẽlioqui *l*) recta] uera *Pph.'* uelud *E* 67 insparsos *Eγu* (*β'a g r*) inspersos *DFλ'* (*ν σ*) *Hieronymus* reprehendas *Ω' ς' Hieronymus* reprendas *σ y* deprendas *Marklandus* corpre *λ* nęuos *r* neuos *Ω'ς'* 68 auiritiam *γ* auariciam *D λ* ac mala *Ω'ς' Pf.* nec mala *y* [*V Lips.* I *Monac.* IIII] ac neq.// *r* (ł mala)

obiciet uere quisquam mihi, purus et insons,
ut me conlaudem, si et uiuo carus amicis:
causa fuit pater his, qui macro pauper agello
noluit in Flaui ludum me mittere, magni
quo pueri magnis e centurionibus orti,
laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto,
ibant octonos referentes idibus aeris,
sed puerum est ausus Romam portare docendum
artis, quas doceat quiuis eques atque senator
semet prognatos. uestem seruosque sequentis,
in magno et populo siqui uidisset, auita
ex re praeberi sumptus mihi crederet illos.

TESTIMONIA.

69 Probus cathol. t. IIII 28 K. Claudius sacerd. II 48: ‘insons insontis: sic Horatius’ 70 cf. ecb. captiui 225: ‘ut te collaudem, uideam geminumque parentem’

VARIA LECTIO.

aut mala *Pph.* ω *Bentl.* ‘Ordo est. Si neque auaritiam in me reprehendis neque tabernas . . .’ *Acr.* 69 Obiciat *D γ opp. Pph.′* quisquam uere *g γ Pph.′* 70 ut] ne *Peerlk. opp. Acr. ecb. capt.* conlaudem *E γ ψ u pr.* (*ν a g r*) collaudem *D λ′u corr.* ς′ *ecb. capt.* laudem *φ* ‘ut me laudem’ *Acr. in interpret.* amicus *γ* 71 his pater *E* (*β′*) *γ* 72 flaui *D E γ u pr.* ς′ *Pph.* flauii *F λ′ u corr. Pf.* 73 e *D u* (*β′ σ g r*) et *γ F λ′* (*ν a r* 2 *uar.*) *om. E* 74 Leuo *φ* 75 octonos *D a. ras. E γ pr.* (*a g r pr.*) *γ* [*Sorbon.* 1578 *corr.*] *Ac.* octonis *γ corr. F λ′u D p. ras.* (*β′ ν σ*) aeris *D E γ pr.* (*a r a. ras.*; ęri *g*) aera *γ corr. F λ′u D uar.* (*β′ ν σ*) asses *γ* [*Sorbon.*] asse sacris *Ac. cf. inscr. Orelli-Henzen. nr.* 7115, 6: ‘municipes praesentes acciperent aeris octonos’ *Cic. pro Q. Roscio* 10, 28: ‘nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris’ *Plin. nat. hist.* XIIII 95: ‘censores . . . edixerunt, nequis uinum Graecum . . . octonis aeris . . . uenderet’ 76 Set *γ pr.* ausis *E* 77 Artis *E γ* (*a* 1) *γ* [*Mellic.* 1 *Montepess.*] Artes *D F λ′u* ς′ 78 seste *E* sequentis *E γ λ′* (*a r*) *γ* [*Mellic.*] sequentes *D F u λ* 2 ς′ 79 populo] puero *Peerlk. sed habemus* ‘in magno populo’ *etiam apud Plaut. Truc.* I 1, 55 *Flor.* I 26, 6 *Sulpic. Seuerum* I 84 siqui *D E γ F λ′* ς′ (*et codd. Bland.*) *Ac.* si quis *u* (*g*) *γ Acr. in interpret.* 80 pberi *φ* preberi *λ′* crederit *E*

ipse mihi custos incorruptissimus omnis
circum doctores aderat. quid multa? pudicum,
qui primus uirtutis honos, seruauit ab omni
non solum facto, uerum obprobrio quoque turpi;
nec timuit, sibi ne uitio quis uerteret, olim
si praeco paruas aut, ut fuit ipse, coactor
mercedes sequerer; neque ego essem questus: at hoc nunc
laus illi debetur et a me gratia maior.
nil me paeniteat sanum patris huius; eoque
non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
quod non ingenuos habeat clarosque parentis,
sic me defendam. longe mea discrepat istis
et uox et ratio: nam si natura iuberet
a certis annis aeuom remeare peractum
atque alios legere ad fastum quoscumque parentis;

TESTIMONIA.

91 cf. eeb. captiu. 1148: ‘certum est, ingenuos habeas ditesque parentes’

VARIA LECTIO.

81 omnis *D E γ* (*a g* 2 *r*) *y* [*Bruxell.* 9777 *Gronou. Mellic. Valentian.*] omnes *F λ′ u ς′* 83 seruauit *D E γ u ς′ Pph.′ Acr.* seruabat *F λ′ u uar. y* 84 obprobrio *γ F λ′ u ς′ Pf.* obpprio *E* opbrio *D* oppbrio *g* obprobrium *Pph.* 85 *commate ante* olim *distinxit Stallbaumius cum uolgo* uerteret olim *iungatur* 87 ego] *om. D* questus (or *suprascr.*) *γ* ad hoc *D a. ras. γ F λ′ u ς′* (*et omn. codd. Cruquii praeter Diuaei et* 1 *Bland.*) adhc *E* at hic *g* ab hoc *D p. ras.* at hoc *y* [*Vaticanus E apud Feam*] *Aldus* ad haec *y* [1 *Bland. cum aliis*] *Bentl.* ob hoc σ 2 *y* ‘ad hoc] propter hoc uel nunc usque. alii ‘ad haec’ legunt, ut sit: ad haec quae praestitit’ *Ac. Acr.* 89 poeniteat *γ* (*v*) peniteat *D E F λ′ u ς′* paeniteat *y* [*Lips. Mellic. Nostrad.* 184] eo] ego *u pr.* 90 magna] magno *y Pph.′ opp. Acr.* 91 ingenuos] exiguos *E* habeat] habeam *Pph.′* parentis *E γ* (*a* 1 *r*) *y* [*Mellic.*] parentes *D F λ′ u ς′ Pph.′* 93 racio *λ* 94 Aucertis *λ* Acerti *E* a teneris *I. Boutius opp. Acr.*: ‘a certo anno’ aeuo (ū *suprascr.*) . . . pacto (v̄ *suprascr.*) *y* [*Lips.*] euū *u* (*g et β*) aeuum *cett.′ ς* remanere *E* 95 Adq; *φ pr.* fastum] fastus *Pph. opp. Pf. Porph.′* ‘ad fastum] ad superbiam ad nobilitatem an ad eligendi fastidium quod ex copia nascitur’ *Acr.* ac licitum hos legere a fatis *Peerlk. opp. Ac. Pph.′* quoscunq; *λ Pf.* quos-

optaret sibi quisque, meis contentus honestos
fascibus et sellis nollem mihi sumere, demens
iudicio *uolgi, sanus fortasse tuo, quod
nollem onus haut unquam solitus portare molestum.
nam mihi continuo maior quaerenda foret res
atque salutandi plures, ducendus et unus
et comes alter, uti ne solus rus * peregreue
exirem, plures calones atque caballi
pascendi, ducenda petorrita. nunc mihi curto
ire licet mulo uel si libet usque Tarentum,
mantica cui lumbos onere ulceret atque eques armos;
obiciet nemo sordes mihi quas tibi, Tilli,
cum Tiburte uia praetorem quinque secuntur

TESTIMONIA.

103—104 'plures — petorita' Isidorus orig. XX 12, 4 104 cf. Quintilianus I 5, 57: 'plurima Gallica eualuerunt ut raeda ac petorritum, quorum altero tamen Cicero altero Horatius utitur' 107 cf. ecb. capt. 1152: 'obiciet nemo sordes tibi, quas mihi multi'

VARIA LECTIO.

cumque *cett. u corr.* ς′ *Pph.* $\overset{o}{q}$q; *u pr.* parentis *Eγ* (*a r*) *y* [*Gronou. Mellic.* pa$\overset{r}{t}$entis *Montepess.*] parentes *DFλ′uς′ Pph.′* 96 Obtar& *Fλ* sibi] si *Fλ′* meis] meo *Peerlk.* honestos *Ω′ς′* (*et omn. codd. Cr.*) *Ac.* honustos *σ y* onustos *y Lambinus sed cf. Plaut. capt.* II 3, 32: 'qui me honore honestiorem semper fecit et facit' 97 sumere] facere *uolebat u pr.* 98 Iuditio *Eγu* *uolgi] nulgi *E* uulgi *cett.′ς′* 99 nollem: onus *Peerlk.* hon' *u* (*a*2 *l et Fran.*) onus *cett. ς′* haut *Dγ*1 (*σ*) aut *E* (*ν*) haud *Fλ′uγ*2*ς′* unquam *Eλ* umquam *cett. ς′* molestv *E* 100 querenda *Eλ* 101—103 ducendus — plures] *omis. E* 101 et] ut *γ* 1 *aut pr. ut uid.* 102 come salter *F* uti nec *u* (*et β corr.*) *y opp. Pph.′* rusue *Ω ς′* rus*ue y* [*Fran.*] rus ue (rusue ue *Pph.*) peregre *Pph.′* rus peregreue *G. N. du Rieu disput. de gente Fabia p.* 456 peregre aut *Ω* (*nisi quod E deficit*) ς peregre *l y* [*Fran. Nostradam.* 184] peregreue *y* [*Wolfenbutt.* III] *Aldus* 104 ducenda] et habenda *Peerlk.* curto] cureo *E* 106 ōnere *u* oneret *γ* equos *E* 107 nemo sordes *DEγFuς′* sordes nemo *λ y* [*Basil.* I] *opp. Pph.′ ecb. capt.* quas //tibi *φ* tilli *DEγFλu uar.* (*β′σ a r*) *Pph. Porph. Ac.* tulli *u* (*vgl a. ras. r uar.*) *Pf. Porf.* 108 tyburte *E* pretorem *γFλ* secuntur *Eγφ* (*ν et β*) sequntur *ψ pr. u* sequuntur *Dλ′ψ corr.* (*σagr et Fran.*)

te pueri, lasanum portantes oenophorumque.
hoc ego commodius quam tu, praeclare senator,
milibus atque aliis uiuo. quacumque libido est,
incedo solus, percontor quanti holus ac far;
fallacem circum uespertinumque pererro
saepe forum, adsisto diuinis, inde domum me
ad porri et ciceris refero laganique catinum;
cena ministratur pueris tribus, et lapis albus
pocula cum cyatho duo sustinet, astat echinus
uilis, cum patera gutus, Campana supellex.
deinde eo dormitum non sollicitus, mihi quod cras
surgendum sit mane, obeundus Marsya, qui se
*uoltum ferre negat Nouiorum posse minoris.
ad quartam iaceo; post hanc uagor, aut ego lecto

TESTIMONIA.

123—124 ‘ungor — lucernis’ Seruius uolgatus ad Aen. I 726 (non

VARIA LECTIO.

109 enophorum *u* eo nophorū *E* 110 cōmoduus *E* pre- clare *λ* p̄[cl]dare *u* 111 Millib; *E y Ac.* Milibus *cett.*′ς′ (et ‘*mss. omnia praeter* 1 *Bland.*’ *Cr.*) Militibus *y* [1 *Bland. pr. aut* 1 *Gronou.* 1] & multis aliis *y* [2 *Bland. ad marg.*] ‘multis aliis rebus commodius uiuo’ *Acr.* ‘si milia sunt senatorum, commodius me fateor uictitare; nam (non *γ ν*) a (*om. Fran.*) milio (mino *ν*), ut quidam putant, falsum est; nam numeri tantum singularis est milium’ *Acr.* multis *Lambinus* mollibus *Praedicowius* millibus atque alius *Apitzius* nobilibusque aliis *Peerlk.* mollius *conieci* 112 holus *E γ u* (*β′ a g l r*) olus *D F λ* (*ν σ*) 113 uespertinus *y* [*Bruxell.* 9777 *a* 2. *m.*, *codd. ap. R. Stephanum*] *Lambinus opp. Pph.*′ *Porph.*′ *Acr.* 114 Sepe *E γ* adsisto *E γ F λ*′ (*β′ ν a r*) *Pph.*′ assisto *D u* (*σ g*) 115 [d]Aporri *D* at porri *Pph.*′ lagane *E* lachani *y* [1 *cod. Lambini* (?)] *opp. Pph.*′ *Acr.* 116 Cena *E* (*g*) *y* [*β Mellic. Paris.* 8216. 8219 *Regius Vossianus*] Caena *cett.*′ς 117 cyatho *F* cyato *λ*′ ciatho *D γ* ciathto *E* duo] mihi *y* [3 *Bland.*] *opp. Pph.*′ astat *D E γ F u* ς′ adstat *λ*′ *Pph.*′ 118 gutus *D E γ F λ*′ (*ν σ a r*) guttus *u* (*β′ g*) suppellex *φ a. ras.* 119 mihi quod] qđ m̄[1] *u* 120 obeundis[v] *φ opp. Pph.*′ marsya *E* (*a g*) misia *D* marsia *cett.*′ ς′ 121 Vultum *D E γ F λ*′ ς′ *Pph.*′ Vuultū *u* minores *y Pph.*′ 122 At *E* lecto] scripto *g y opp. Pph.*′ ‘lecto] ꝓ lectito’ *gloss. γ* ‘aut ego lecto] cum me

aut scripto quod me tacitum iuuet, ungor oliuo,
non quo fraudatis inmundus Natta lucernis.
ast ubi me fessum sol acrior ire lauatum
admonuit, fugio rabiosi tempora signi.
pransus non auide, quantum interpellet inani
uentre diem durare, domesticus otior. haec est
uita solutorum misera ambitione grauique;
his me consolor uicturum suauius ac si
quaestor *auos pater atque meus patruusque fuissent.

TESTIMONIA.

extat in cod. Cassell.) 'nam ob pinguedinem incaluisse hunc Natam induxit, quod potest ab Horatio uideri translatum, qui ait: ungor — lucernis' schol. Pers. 3, 31   123 cf. hexametri finem apud Symphos. aenigm. 42, 3: 'ungór oliuo'   125—126 'ast — admonuit' Seruius ad georg. III 443 Eutychis ars II 16 p. 485 K.

VARIA LECTIO.

delectet . lecto producta priore syllaba enuntiare debemus, quia frequentatiuum est ab eo quod est lego' *Pph.' Porph.'*   123 scripto] scribo *g y* lecto *y*   iuuet *D γ E F λ* (*β' ν σ a* uiuet *l* 1) iuuat *u* (*g l* 2) *y*   unguor *E* ungor *cett.'*   124 non quo] quo non *schol. Pers.*   furatis *Seruius Lionis opp. Pph.' schol. Pers.*   inmundus *E γ F λ'* (*β' ν σ r*) *Pph.* ĩmundus *g Pf.* immundus *D u* (*a*)   natta *D F λ' γ* 2 (*ν σ a r*) *Pph.' Porph.' Ac. Seruius Lionis* nat a *E* nata *γ* 1 *u* (*et β*) *schol. Pers.* nacta *g Pf. pr.*   *u.* 125 *om. y* [*Lips. pr.*]   125 ast] Est *ψ* 1 *opp. Seruius Eutych.*   lauandũ (tũ) *u opp. Seruius Eutych.*   126 Admonuit *D E γ F* (*ν σ a r et β*) Ammonuit *λ' u* (*g et Fran.*)   rabiosi (rabiosa *γ pr.* rabidosi *r uar. y* rubidosi *D pr.* rapidosi *y*) tempora (tempore *D pr. λ* 1 *y*) signi *Ω' ς' Pph.' cons. gloss. Γ uidetur esse parodia cf. s.* I 5, 9 *sq.;* cãpũ lusitq; trigonem *g* campum lusumque trigonem ('*sed in V supposita sunt puncta, uulgataque lectio est adnotata:* rabiosi tempora s.' *Cruqu.*) *y* [*V Paris.* 9219 (?) *ap. Valart.*] campum nudumque trigonem *Bentl.* campum inuisumque trigonem *Paulyus* campum lusumque strigosum *Apitzius* 'caniculares dies dicit qui sunt caloratissimi (col: *codd. nostri*)' *Porph.'* 'rabiosi] (a)estuosi. dicit autem dies caniculares' *schol. γ* 'caniculares dies sanctificat (*lege:* significat)' *schol. Fran.; cf. Auien. Arat.* 1275: 'uenientis tempora signi'   127 interpellet *D γ φ λ u Pph.' Ac.* inter pellet *ψ* intepell& *E*   128 Ventrẽ *E a. ras.*   ocior *D λ*   haec] hoc *D y*   129 ambicione *D λ u*   130 uicturus *g y* [*Gronou. Paris.* 7977. 8213, *Cruquii cod. Buslid.*]   suauis *E*   131 Quaestor *a y Pf.* Questor *Ω' ς' Pph.*   auus *Ω' ς' Pph.' Porph.'*   atque] aq; (t) *u*

VII

Proscripti Regis Rupili pus atque uenenum
hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor
omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.
Persius hic permagna negotia diues habebat
Clazomenis, etiam litis cum Rege molestas,
durus homo atque odio qui posset uincere Regem,
confidens tumidus, adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.

TESTIMONIA.

I 7. 2—3 ‘opinor — esse’ florileg. Nostrad. 188 4—5 ‘diues agebat Clazomenis’ Seruius ad Aen. IIII 345 8 ‘bis senos — albis’ gloss. Mai class. auct. VIII 69

VARIA LECTIO.

om. E opp. Pph.′ pater atque meus] praetorque pater *Peerlk:* patruusque] praetorque *Buechelerus* fuissent *D E γ pr. F λ′ (β′g r,* fuisent *a) Pph.′ Porph.′* fuisset *u γ corr. (ν σ) y Buechelerus Peerlk.*

I 7. IN RVPILIVM (RVBILIV̄ *D*) REGEM P̄NESTINV̄ *D* (*σ et Fran.*) DE CONTIONE (con:tione *a*) PERSII ET RVPILII (R^P^VTILI *r*) REGIS *γ* (*a r*) DE CONTENTIONE ꝐSII ET RVPILII ‖ REGI IN RVPILIV̄ REGĒ PRANESTINV̄ · *E* EGLOGA · (EGLOCA · *λ*) VIII . IN RVPILIV̄ (RVPILLIV̄ *λ*) REGEM PRENESTINVM (PRENESNESTINV̄ *λ*) *F λ u* 1 rupili *E γ F λ′ u* (*β′ a g r*) *Porph. ad u.* 32 *Pph.′* rupuli *ν σ Pf. u.* 32 *Ac. Acr.* ‘rutilium’ *et* ‘rutilius’ *Porph.′ in interpret. sed* ‘rupilius’ *Porph.′ ad u.* 29 *Acr. ad u.* 20 ‘rupilium’ *Porph. ad u.* 30. 32 Rupili pus] rupili]pus *D* uenenum] uenenū̦s *λ opp. Pph.′* Rupili pusque uenenumque *Peerlk.* 2 Hybrida *φ λ′* (*g*) *Pph.′ Porf. Ac. Acr.* Hibrida *D E γ u* (*β′ σ a r*) *Porph.* Hybridra *ψ a. ras.* Ibrida *ν* ultus] uultus *E* opinor] opimor *E a. ras.* 3 et] haud *Tan. Faber opp. Pph.′* lippis] lixis *Clericus opp. Pph.′* 4 negocia *λ* (*ν σ g et Fran.*) habe^b^at *E* agebat *Seruius opp. Pph.′ et cf. Cic. epist.* I 3, 1. XIII 30, 1. 57, 2. 5 Clazomenus *E a. ras.* etiam] et iam *Botheus* litis *D pr. E γ* (*a*) *y* [*Bruxell.* 9777 *a* 1. *m. Gronou. Mellic. Valentian.* 1] lites *D corr. F λ′ u ς′* molestas] molestus *y* [*Gronou.*] cum Rege: molestus, *Peerlk.* 7 tumidus *D E γ u* (*a g*) *y* [*V Bruxell.* 10064 *a* 1. *m. Harlei.* 2724 *Mellic. Montepess. Nostrad.* 184 *Regius, alii:* tim: *Paris.* 8219] tumidusque *F λ′ ς′ y* 8 Sise^n^nas *u* Sisennas *cett.′ ς′ Pph.′ Ac.* Sisensas *g* bis senos *glossar. Mai* barros *E γ u* 1 *aut pr. ς′ glossar. Mai cons. Ac. Acr.* barras

ad Regem redeo. postquam nihil inter utrumque
conuenit; (hoc etenim sunt omnes iure molesti,
quo fortes, quibus aduersum bellum incidit. inter
Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem
ira fuit capitalis, ut ultima diuideret mors,
non aliam ob causam, nisi quod uirtus in utroque
summa fuit; duo si discordia uexet inertis
aut si disparibus bellum incidat, ut Diomedi
cum Lycio Glauco, discedat pigrior ultro

TESTIMONIA.

16 cf. Plinius epist. V 2: 'accepi pulcherrimos turdos — recipies ergo epistulas steriles et simpliciter ingratas ac ne illam quidem sollertiam Diomedis in permutando munere imitantes'

VARIA LECTIO.

σ pr. Ac. uarros *D a. ras. Fλ'y Pph.' Porph.'* baros *D corr.* uaros *u corr.* aequis *F glossar. Mai* precurreret *γλ* p̄cederet *u opp. u marg. Pph.' Ac. glossar. Mai* al /bis *E opp. Pph.' Ac. Acr.* 9 ad Regem redeo] moliri exitium, *Lehrsius* regem] rem iam *Hertelius* p'quā *Ac. Acr.* nichil *u* inter] in (t) *E* ī *g* 10 iure] more *Doeringius opp. Pph.' Ac.* 11 aduersis *y* [*Basil.* I *uar. a.* 2 *m. Bruxell.* 9777 *a* 1. *m.*] *Kirchnerus opp. Pph.'* ob uerbum *Hamacherus* inter *E* olim *Bentlei suspicio* 12 Haectora *F* Haetora *λ* priamide*m* *E* priamidē *u* inter Achillem] inī//acille *E* 14 aliam ob] ob a(l·ob)iam *u* 15—18 duo — missis] *del. Peerlk.* 15 uexit *a* uerset *y Bentl. opp. Pph.'* uexet *ς'* inertis *E* 1 *ut uid. γ* (*a*) *y* [*Bruxell.* 9777 *a* 1. *m. Mellic.*] iner*tes* *E* inertes *DFλ'uς' Pf.* inhertes *Pph.* inermes *y* 16—17 bellum — Glauco *del. Apitzius opp. Porph.' Acr.* 16 aut] At *γy* incidat] incid& *E* 17 'Glaucus enim confessus se uictum munus Diomedi misit arma aurea, et Diomedes aerea accepit. Aḷ. Diomedes et Glaucus inimici fuerunt, Diomedes fortis, Glaucus i g n a u u s. et munera Diomedi misit, ut ab armis discederet' *Acr.* licio *D* (*β'νσlr*2) litio *Eγu*(*ar*) lucio *y* [*Lips. uar.*] licyo *F* lycio *λ*(*g*) *Pph.'* Glauco] claudo *E opp. Ac.* discedat] lis, cedat *Apitzius* pulchrior *EγFλ'u uar.* (*β'νr* et 3 *Bland.*) pulch(r)ior *a* pulcrior *D* 1 *aut pr. cf. Cic. pro Murena* 12, 26: 'ne pulcrum se ac beatum putaret' pigrior *u D* 2 *aut corr.* (*σ g l marg. et β* 2) *y* [*V Arg.* III *Barcin. Gronou. Paris.* 7976. 7979. 8213. 8219. *Nostrad.* 184. *Sorb.* 1578. *Zulichem.*] *consentire uidentur Porph.' Acr.; cf. cod. a serm.* II 3, 95: pl(uh)cris 'cito contentio finietur c e d e n t e i n f e r i o r e et ultro dante aduersario munera' *Porph.'*

muneribus missis;) Bruto praetore tenente
ditem Asiam, Rupili et Persi par pugnat, uti non
compositum melius cum Bitho Bacchius. in ius
acres procurrunt, magnum spectaculum uterque.
Persius exponit causam; ridetur ab omni
conuentu; laudat Brutum laudatque cohortem;
solem Asiae Brutum appellat, stellasque salubris
appellat comites, excepto Rege; canem illum,
inuisum agricolis sidus, uenisse; ruebat
flumen ut hibernum, fertur quo rara securis.
tum Praenestinus salso multoque fluenti

TESTIMONIA.

21 cf. ecb. capt. 773: 'concurrunt ambo, psalmos pariter recitando'

VARIA LECTIO.

u. 18 *omis. y* [*Lips. pr.*] missis,] nuper *Peerlk. deletis uu.* 15—18 duo — muneribus pruto *E* pretore *γ λ* p̄tore *E* 19 rupuli *gl* (*et Fran.*) psii *u* persili *Pph.* pugnat *Ω ς'* pugnant *l* 1 pugna *Pph.'* pugñ. *Ac.* pugnat uti] pugna erat, ut *Peerlk.* uti non *testantur Pph.' Ac.* 20 Compositum *γ F* (*v a r*) *Pf. Ac.* Conpositum *E* 1 (*σ*) *Pph.* Compositus *D E* 2 *γ uar.* (*β' g l*) Conpositus *λ u* Compositi *y* [*cod. Magdalen.*] *Bentl. cf. carm. ad Liu.* 301: 'par bene compositum' bitho *D E γ F λ'* (*a g r*) *Pph. cons. Porph. Acr.* Bithus (Bithi' *v*) *Acr.* bitto *u* bito *v* bytho *β' σ Pf. cons. Porf.* 'Bitus' *schol. u* BITVS *inscr. Rhen.* 855. 1290. BITI 955 *Bramb.* BITHVS *in inscr. Philippensi revue arch.* 1865 *nr.* 6 *p.* 451 Bithye *Peerlk.* bachius *D γ ς'* bacchius *cett.'* (*a*) baccius *Pph. Porph.* bacchus *Pf. Porf.*
in ius] intus *y* [*V*] *opp. Ac. Acr.* 21 concurrunt *D E γ* (*β' v σ a r et* 3 *Bland.*) procurrunt *F λ' u* (*et V*) *y* p̄currunt *g* procedunt *Acr. in interpret.* spect^cu^alū *D* uterque], ^u^terq̧ *E* 23 choortē *u* coortē *E* 24 apellat *D* (*et β p. ras.*) appellat *E γ F λ' u ς'* salubris *γ* (*a*) salubres *cett.' ς' Acr.* 25 Apellat *γ* Appellat *D E F λ' u ς'* canem] canæ *E opp. Ac.* 26 uenisse] uenissẹ̄ *λ opp. Pph.'*
ru^b^eat *E* 27 Fulmen *D opp. Pph.' Porph.' Ac.* fertur quo rara securis] fertur rapido in sata cursu *uel* sternit rapido sata cursu *uel* feriit quo rara securis *Peerlk.* 'quo (qua *cod. Fran., Bamb. n. l.*) rara securis fertur (fertur securis *Bamb. Fran.*)' *Acr.* securis *D ut uid. opp. Pph.' Acr.* secur^i^us *E opp. Pph.' Acr.* 28 p̄nestinūs *u* multo *D E γ* (*β' v σ corr. a g r*) *Pph.' Porph.'* multum *F λ' u γ* 2 *uar.* (*σ pr.*) musto *Dan. Heinsius*

expressa arbusto regerit conuicia, durus
uindemiator et inuictus, cui saepe uiator
cessisset magna compellans uoce cucullum.
at Graecus, postquam est Italo perfusus aceto,
Persius exclamat 'per magnos, Brute, deos te
oro, qui reges consueris tollere, cur non
hunc Regem iugulas? operum hoc, mihi crede, *tuorumst.'

VIII

Olim truncus eram ficulnus; inutile lignum,

TESTIMONIA.

I 8. 1—4 'olim — formido' Hieronym. comment. in Isaiam lib. XII cap. 44 Lactant. instit. diuin. II 4, 1 1—3 'olim — deum' glossa uet. ad Prudent. apotheos. u. 293 1 Prisc. XV 5, 28 Seruius ad Aen.

VARIA LECTIO.

29 Expresso *D opp. Pph.' Ac.* arbusto] arbusta *Pph.' opp. Ac.* ambustus *Peerlk. opp. Pph.' Porph.' Ac.* reger erit *γ opp. Pph.' Porph.'* conuicia *DγFλς* conuitia *Eu* (*σl et β*) *Pph. Porph.*

30 Vindemator *Eγφ p. ras.* Vindemiator *Dφ a. ras. λ'uψ p. ras. ς' Pf. Ac.* Vindemmiator *ψ* Vindem*iator* *a* uindemiatur *Pph.* 'Vindemiator (Vindemator *Bamb.*) non dicitur sed uindemator (uindemiator *v Bamb. Fran.*) et ni ita dixeris uersus non stabit' *Acr.* sepe *Eγ* 31 conpellans *Fλu* compellans *DEς'* ɔpellās *g* cucullum *DEγ pr. Fλ corr. u ς'* (*l a. ras.*) cucullum *γ* cuculum (l) *λ* cuculum *l p. ras. y* 32 gręcus *F Pph.'* grecus *cett.' ς'* (g̃cus *a*) postquam] postquiā *λ* italo] italio *E a. ras.* 33 Persius exclamat] per te auos clamat *Peerlk. opp. Pph.'* te] *om. Pph.'* 34 reges] regis *g opp. Pph.' Ac.* consueueris *y Pph.'* censueris *E* consueras *y* consuesti *y* [*cod. Galeanus*] *Bentl.* consuestis *Peerlk.* 35 rege *λ' opp. Pph.' Ac.* crede] credere *E* hic, mihi crede, tuorum est *uel* operis, mihi crede, tui hoc est *Peerlk.* tuorum est *Ω'ς'* tuorum, *om.* est *g y*

I 8. DE PRIAPO EGLOGA ·VIII· *D* EGLOGA · (EGLOCA *λ*) ·VIIII· *Fλu Porph.* INDVCIT PRIAPVM LOQVENTEM *σ* VER BAST PRIAPI *a: sermoni 7 continuant γιy sine inscriptione sed maiore littera initiali E* (*vl et β*) HOS (*sic*) SATYRA INDVCIT LOQVENTEM | DE MALEFITIIS · *y* [*Fran.*] 1 eram *Ω' ς' Pph. Ac. Lactant. Hieronym. Seruius Alcuin. schol. Argentor.* II erat *codd. DHK Prisciani unde Paldamus coni.:* 'truncus erat olim' lignum] dignum *φ a. ras. λ' opp. Pph.'*

cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
maluit esse deum. deus inde ego, furum auiumque
maxima formido: nam fures dextra coercet
obscenoque ruber porrectus ab inguine palus:
ast inportunas uolucres in uertice harundo
terret fixa uetatque nouis considere in hortis.
huc prius angustis eiecta cadauera cellis
conseruos uili portanda locabat in arca;
hoc miserae plebi stabat commune sepulchrum,

TESTIMONIA.

XI 65 (inutile lignum deest in cod. Paris. 7929, non in Regin. 1674) Alcuinus de gramm. p. 2085 P. 'olim truncus eram' schol. Argentorat. II (= Oberlini B) ad epod. 17, 58. 76. cf. Priap. 75, 3: 'quae tamen exanimis nunc est et inutile lignum' uita Adalberonis, mirac. cap. 1 [Pertz XIIII = XII 139]: 'nam quasi truncus erat ficulnus, inutile lignum' 4—7 'nam — fixa' Seruius ad georg. IIII 411 mythographus III tract. 6, 26 ap. Mai class. auct. III 204 = p. 189 ap. Bodeum 'fures — fixa' mythographus I lib. 2 c. 126 ap. Mai. III 46 = p. 40 ap. Bodeum 5 Prisc. IIII 3, 18 7 cf. ecb. captiui u. 1137: 'ericio latis solito considere cellis' 9 cf. ecb. capt. 1157: 'conseruus uilis, quem tardat acuta securis'

VARIA LECTIO.

2 scannū *u* facere*t* *λ* 4 coercet *DEγ* (*a*) cohercet *Fλ'ς' Ac.* choercet *u* 5 Obsceno *Ω'ς'* ruber] rubet *y Seruii cod. Vatican.* 3317 rubra *g* porrectus] proiectus *mythographus* I palus] paulus *λ a. ras.* 6 ast] Est *Fλ'* has *Seruii cod. Vatican.* 3317 inportunas *DEγ Fuλ corr. ς'* (īp: *g*) importunas *l* inportunus *λ pr.* uolucres *Ω'ς'* harundo *Fλ'u ς' Seruii Paris.* 7959 ᶜarundo *D* arundo *Eγ* (*a*) 7 terret] terrae *mythogr.* III considere in hortis] haerere sepulcris *in procdosi fuisse suspicatur Hitzigius opp. Pph.' Porph.'* considere *DEγFλ'ς'* insidere *uy Pph.'* consistere *y* hortis] ortis *E opp. Pph.' Porph.'* *uu.* 8—16 *in procedosi defuisse, post serm.* 7 *editos esse suspicatur Hitzigius* 8 huc] Hvnc *prima littera maiore ut in nouo sermone g opp. Acr.* cęllis *φ* 9 conseruos *Acronis cod. Paris.* 7985 *et ed. Acronis Ascensiana* 1529 conseruus *Ω'ς' Acr. codd. cett.* uilis *Fλ'* (*et Fran.*) *y ecb. capt.* archa *ul* 2 10 hoc] Hic *y* [*Bruxell.* 9777 *a* 2. *m.*] *Cuninghamus Peerlk.* misere *E* plebi] phoebi *l* 1 stabat] dabat in *Peerlk.* sepulchrum *EγFλ'ς'* sepulcrum *Du* (σ) *cf. Cic. orat.* 48, 160 *aspirabant 'ueteres' auctore Gellio* II 3, 3, *et sua quoque aetate manere aspirationem Charisius p.* 56 *dicit;* sepulcrum et *Doederlinus post* sepulchrum *distinxerunt colo Stallbaumius, Keckius puncto, u.* 11 *post*

Pantolabo scurrae Nomentanoque nepoti.
mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
hic dabat, heredes monumentum ne sequeretur.
nunc licet Aesquiliis habitare salubribus atque
aggere in aprico spatiari, quo modo tristes
albis informem spectabant ossibus agrum;
cum mihi non tantum furesque feraeque suetae
hunc uexare locum curae sunt atque labori,
quantum carminibus quae uersant atque uenenis

TESTIMONIA.

11 cf. Acr. ad serm. II 1, 22: ‘nomina luxuriosorum quos etiam (om. γ) in priore libro (libro etiam γ) Lucilius (licentius coni. Hauthal.) carpsit’ 17 Consentii ars cap. 16 p. 400 K.: ‘quod Horatius ait: feraeque suetae (soetae M)’ 18 cf. ecb. capt. 1138: ‘abdere se silici curae fuit atque labori’

VARIA LECTIO.

nepoti *interpunctione omni sublata* 11 Pantolabo *Du(g) Pph.′ Porph.′ cons. Acr.* Panto labo *EFλ′ Ac.* Panta͜labo *γ* (Panta labo *Fran.* Planta labo *β*) Pantalabo *ν σ a r* Pantolabo et *Peerlk.* scurre *E* susurrę *D* norte. ntarfoq; *λ* nepoti] sepulcri *y* [*Valentian.* 1] *opp. Pph.′* 12 Mile *y* [*Lips.*] *opp. Pph.′ Ac.* ped̄ *Ac.* pedis *Porph.* 1 *opp. Porf. Acr.* pedes *Ω′ς′ Pph.′* cippus *DEγ φ corr.* (*β′ ν σ a g*) *Acr.* ciprus *Fλ a. ras.* (cyprus *l*) *y* cipus *u* agro *γ opp. gloss. Γ* agro *y opp. gloss. Γ* ‘quot pedes (pedis *Porph.*) in fronte, quot (qđ *Porph.*) in agris (agro *Porph. pr.*) habeant’ *Porph.′ uu.* 13 *sq. inuerso ordine habet y* [*β*], *sed errore signis » » correcto* 13 hic stabat, heredes mon : n : s :] et stabat mon : heredes ne sequeretur *Peerlk.* haeredes *Fλ′* monimentum *l* 1 *Porph.′* monumentum *Ω ς′* ne] Nec *Ac.* sequeretur *DEγ* (*σ a g r pr.*) sequerentur *Fλ′u* (*β′ ν*) *Ac.* ‘hoc monimentum heredes non sequentur’ *Porph.′ sed cf. Orell. inscr.* 4379. *et C. I. Graec.* 3270 *Boeckh.* 14 libet *u opp. Pph.′* aesquiliis *γFλ′* (*σ a*) *Acr.* esquiliis *DEu* (*ν r et β* esquis *g*) exquiliis *y* [*Fran.*] 15 spatiari] spatiantur *Peerlk.* quo *Ω′ς′* qua *Bentl.* qui *Apitzius Peerlk.* 16 deformem *u* (*superscr.* in) *y opp. Pph.′* inform̄ *a* 17 cum] Cum *γ* dum *Doeringius* quin *Horkelius* tantum] uolucres *Peerlk.* ferręq; *E* suaete *F* suaetae *λ′* suetea *E* 18 sunt *EγFλ′ς′* sint *u* sint *D* (*σ*) *y* 19 Quamtū *λ* quae] q̄ *F* q̄ue *λ* que *γ* uersant *DEγFλ′ς′* uexant *u y* ‘uersant] mutant. in aliis ‘uexant’ lego’ *gloss. γ*

humanos animos: has nullo perdere possum
nec prohibere modo, simul ac uaga Luna decorum
protulit os, quin ossa legant herbasque nocentis.
uidi egomet nigra succinctam uadere palla
Canidiam pedibus nudis passoque capillo,
cum Sagana maiore ululantem: pallor utrasque
fecerat horrendas aspectu. scalpere terram
unguibus et pullam diuellere mordicus agnam
coeperunt; cruor in fossam confusus, ut inde
manes elicerent animas responsa daturas.
lanea et effigies erat, altera cerea: maior
lanea, quae poenis conpesceret inferiorem;
cerea suppliciter stabat seruilibus ut quae
iam peritura modis. Hecaten uocat altera, saeuam

TESTIMONIA.

27 'puellam — agnam' gloss. Mai class. auct. VIII 362. 30 'lanea — cerea' Porph. ad u. 34 Seruius ad Aen. IIII 508

VARIA LECTIO.

20 perdere] pellere *Nic. Heinsius* auertere *Heinrichius* uaga Ω′ς′ *Porph.′* simul — legant] uultu uix Luna decoro prodit, quum ossa sepulta legunt *Peerlk. opp. Pph.′ Porph.′ schol. γ* decorum] deco͛ *E y opp. Pph.′* 22 nocentis *E γ* (*a* 1) *y* [*Mellic.*] nocentes *cett.′* ς′ 23 succintã *F* 26 aspectu Ω′ς′ 27 Vungibus *ψ* deuellere *l y opp. Pph.′* 28 Caeperunt *γ u* (*ν σ* et *Fran.*) Ceberūt *g* sicut erat *Peerlk. opp. Pph.′* infosà *E* confusus] comfusus *ν uu.* 20 *sq.* inuerso ordine sunt in *g* 29 Manes Ω′ς′ *Ac. cons. Porph.′ cf. Vergil. Aen.* IIII 427 manibus *Pph.′ probante Kirchnero* 'mire dictum est manes (manibus *codd.*) animas hoc est quae animae manes sunt. ut si diceret 'manes mortuorum'' *Porph.′* 'quid sint manes animae responsa daturae?' *Acr.* eliciant *u* elicerent *D E γ F λ′* ς′ *Pph.′* (elirent *g*) responsa] daresponsa *u* 30 et] *om. u y Ac. Seruius opp. Pph.′ et Porph.′ ad u.* 34 effigees *λ* effiges *g* effugies *Pph. Porph. Ac. opp. Seru. Acr.* cęrea *γ* 31 Laęnea *λ* poenis *D E γ F* (*σ a l r* et *β*) pęnis *u* (*ν* et *Fran.*) penis *λ* (*g*) conpesceret *γ F λ u* (*σ a* et *β*) *Pph.* c̃pescere *E* compesceret *D* (*ν g l r* et *Fran.*) *Pf.* 32 Cęrea *φ* Cerea *cett.′* subplicīı *E* ut quae *D u* (*β′σ*) *cons. gloss. Fran.* utquę *ν* ut que *γ λ* (*g*) utq; *F* (*a l r*) atq; *E*

33 hecaten *D E γ F λ′* (*σ a g r* et *β*) hècatẽ *u* Hechaten *ν* hecatã *y* [*Fran.*] uocet *γ pr.* seuam *E γ*

altera Tisiphonen: serpentis atque uideres
infernas errare canes, Lunamque rubentem,
ne foret his testis, post magna latere sepulchra.
mentior at siquid, merdis caput inquiner albis
coruorum, atque in me ueniat mictum atque cacatum
Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus.
singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
umbrae cum Sagana resonarent triste et acutum,
utque lupi barbam uariae cum dente colubrae
abdiderint furtim terris, et imagine cerea
largior arserit ignis, et ut non testis inultus
horruerim uoces Furiarum et facta duarum.

TESTIMONIA.

37 sq. Prisc. X 1, 1 florileg. Cusanum 37 ecb. capt. 1156 ‘merdis — albis’ gloss. Mai class. auct. VIII 357 39 Prisc. V 4, 20 40 cf. ecb. capt. 807: ‘singula quid memorem? superent cum singula laudem’

VARIA LECTIO.

u. 34 *omis. y* [*Regius* 1] 34 tisiphonen *D* tisiphonem *γ* tisiphonē *v* tisi//phonē *a* tisifonē *E* tysiphonē *β′ g* tesyphonen *Fλ* thesiphonē *u* (*l* thesiphoten σ) tessiphonem *r* serpentis *D pr. Eγ* 1 (*a g*) *y* [*Gronou. pr., Lips. Mellic.*] serpentes *cett.′ D superscr.* ς′ *Pph.′ Porph.′ Acr.* uiderem *γ pr. aut* 1 *opp. Pph.′ Porph.′* 35 canes *Ω′* ς′ *Pph.′ Porph.′ Acr.* 36 ne] neu *Peerlk. opp. Ac.* latere sepulchra] sepulcra latebant *Peerlk. opp. Ac.* foret] forte *E* his] hist *λ* sepulchra *EγFλ′* (*β′ v a r*) *Acr.* sepulcra *Du* (σ *g*) *u.* 37 *omis. y* [*Barcinon.* 1] *opp. Priscian.* 37 Mencior *λ* capud *Eu pr.* 38 ime (n superscr.) *γ* ueniat *DEγFλ′* ς′ *Prisciani codd.* 5 ueniant *u y Priscianus Hertzii floril.* mictum *DEγFλ′* ς′ *Priscianus floril.* minctum *u y* atque] q; *γ y* 39 pediatia *DγFλ′* (*β′ a r*) *Pph.′ Acr.* pediacia *v g* pedatia *u* (σ) pedialica *E* ‘Pediatius . . . propter quod eum Horatius feminino nomine Pediatiam non Pediatium appellauit’ *Porph.′* uoranis *γ p. ras. y opp. Porph.′ Ac.* uoram’ *E opp. Ac.* 40 alt//na *D* 41 resonarent *Ω′* ς′ r’sonaret *g* resonarint *y* [*Bruxell.* 9777 *uar. a* 2. *m.*, 1 *cod. ap. Valart.* (?)] *Bentl.* resonauerint *y* [*Monac.* III] resonant et *Reisigius* 42 uarię (*to* superscr.) *y* [*Bruxell.* 9777] Marsae *Peerlk.* colibrę *E* 43 Abdederint (i superscr.) *E* Abdiderunt *y* [*Bamberg. a. ras. Paris.* 8213 *Wolfenbutt.* III] Abdiderint *cett.′* ς′ inmagine *λ* certa *E opp. Ac.* 44 asserit *E opp. Pph.′ Ac. Acr.* ut non] non *φ*1 *opp. Ac.* non ut σ *pr. opp. Ac.* 45 Horruerim *Ω′* ς′ Orruerī *a pr. y* [*Barcin.*] Obruerim *y* [*Succouatic. G ap. Feam*] *Fea*

nam, displosa sonat quantum uesica, pepedi
diffissa nate ficus; at illae currere in urbem.
Canidiae dentes, altum Saganae caliendrum
excidere atque herbas atque incantata lacertis
uincula cum magno risuque iocoque uideres.

VIIII

Ibam forte uia sacra, sicut meus est mos,
nescio quid meditans nugarum, totus in illis:
accurrit quidam notus mihi nomine tantum,

TESTIMONIA.

46 Prisc. X 4, 23 Eutychis ars II 4 p. 471 K. 'quantum uesica displosa pepedi' gloss. Mai class. auct. VIII 458 48 'altum Saganae caliendrum' gloss. Mai class. auct. VIII 88

I 9. 1—2 'ibam — nugarum' schol. Veronens. Verg. ecl. 6, 1 (sed non legit Arn. Herrmannus) 'ibam forte' Victorinus IIII 1, 28 2 cf. ecb. capt. 4: 'nectebar neniis, nugis quia totus in illis'

VARIA LECTIO.

46 displo//sa *a* uesica *Ω′ ς′ Eutych. glossar. Mai* ue"sica *Prisciani cod. K* uessica *Prisciani cod. B a. ras.* ue//sica *Prisciani cod. G* pepedi *Eγ Fλ′u D corr. ς′ gloss. Γ Eutych. glossar. Mai* pependi *D* pepedit *aliquot codd. Prisciani ap. Krehl. in his D a. ras. ap. Hertzium* 47 Diffissa *DEFλ′ς′ Ac. Acr.* (diuisa *schol. v*) Diffisa *γ u* (*a* 1) ficus] nisus *Peerlk. opp. Acr.* (fixus *schol. Fran. alt. l. opp. γ Bamb.*) ille *Eλ′* illas *Peerlk.* curre *E* in] p (in) *E* 48 Canidie *E* dentes *Ω′ς′ Pph.′* caliendrum *DEγ* (*v a r et β*) *Acr. glossar. Mai* c(a)lhendrum *σ* caliandrum *F λ′ u* (*g et Fran.*) *Porph.′* (gal: *Porph. alt. l.*) caleandrum *Pph.′* 49 lacertis] iacere *Machlyus opp. Ω′ Pph.′* 50 uincula] ·icula *E opp. Pph.′ Ac.*

I 9. REFERT MOLESTIAM GARRVLI (CA: *E* QVA: *Fran.*) *DE γ u* (*σ a r et Fran.*) *in u additum est quod exhibet F* EGLOGA (EGLOCA · *λ*) · X · (Ӿ *Porph.*) *F λ Porph. inscriptione carent v g l* 'Sermo iste dicitur MOLESTVS. ЄΠΙΦЄΡΟΜЄΝΟC' *Acr.* 'De epagomeno dicit' *Acr.* 1 Ibam] Ibam ut *Bentl. opp. Pph.′ Ac.* uia] *om. γ pr. opp. Pph.′ Porph.′* uia sacra] sacra uia *Ac. opp. Pph.′ Porph.′* meus] oms̄ *E opp. Pph.′* 2 medi*t*ans *E* (medicans *E* 1) totus] et totus *y Lambinus* 3 Accurrit *DEγ u corr.* (*β′ v σ a l r et omn. Cr.*) Accurit *λ* Adcurrit *F* Occurrit *u pr.* (*σ corr. g*) *Pph.′* mihi] sic *Pph.′* nomine] nom̄e *λ opp. Pph.′*

arreptaque manu ʻquid agis, dulcissime rerum?ʼ
ʻsuauiter, ut nunc estʼ inquam, ʻet cupio omnia quae uisʼ.
cum adsectaretur, ʻnum quid uis?ʼ occupo. at ille
ʻnoris nosʼ inquit; ʻdocti sumusʼ. hic ego ʻpluris
hocʼ inquam ʻmihi erisʼ. misere discedere quaerens,
ire modo ocius, interdum consistere, in aurem
dicere nescio quid puero, cum sudor ad imos
manaret talos. ʻo te, Bolane, cerebri
felicemʼ aiebam tacitus, cum quidlibet ille
garriret, uicos, urbem laudaret. ut illi
nil respondebam, ʻmisere cupisʼ inquit ʻabire:
iamdudum uideo; sed nil agis: usque tenebo;
persequar hinc quo nunc iter est tibiʼ. ʻnil opus est te
circumagi: quendam uolo uisere non tibi notum;

TESTIMONIA.

4 ʻquid — rerum?ʼ ecb. capt. 1143 10—11 ʻsudor — talosʼ schol. Iuuen. X 178 13 ʻuerbem et ficos laudabatʼ Charisii cod. N I 15 p. 96 K. 14 ʻmisere — abireʼ ecb. capt. 135

VARIA LECTIO.

4 Arrepte λ manu] manuj λ ʻOrdo. quid rerum agis ait (aut γ) mihi tu dulcissimeʼ *Acr.* 5 ut nunc est ut nunc est γ inqua φ *opp. Ac.* *u.* 6 *om. E* 1 *add. E* 2 6 assectaretur γ *E* (2) ($\beta'\sigma$ *a*) adsectaretur *D F* λ' (ν *g* adsect(are)tur *r*) assentaretur *u* numquid γ (*et Fran.*) *Acr.* num quid *D E* (2) *F* λ'*u* ($\nu\sigma$ *a r et* β) n̄c (inquit) qᵈ *g* occupo] *om. E* (2) occupa *g* Occupio *Ac.* 7 inquit] at ille *u* 8 Hunc *E pr. opp. Ac.* mihi] haud mihi *Peerlk.* discere *E* querens *E* γ λ'*u* 9 hocius γ *a. ras.* otius *Eu* 10—11 puero. cum . . . talos: o te *distinxit Bentl.* 10 sodor *y* [*Bamberg. pr.*] *opp. Ac. Acr.* 11 Maner& *E* manabat *schol. Iuuen.* bolante *E opp. Pph.ʹ Porph.ʹ Ac.* ʻuolanumʼ *Acr. in interpret.* balane σ*g* 12 Fęlicē *u opp. Pph.ʹ Ac. Acr.* agebam *E* γ 1 *aut pr. F* λ' *Pph.ʹ* aiebam *D u* γ *corr. Pph.ʹ* quid lib& *E* γ quidlibet *cett.ʹ* quılıb; *g* 13 uicos *DE* γ *u* (σ *a r* 1) ficos *F* (β' ν *g l*) *Charisius* fic(v)os λ 15 Iamdudum *D* γ *u* (*a*) Iam dudum *E* ψ 2 (β' ν *g r*) Nam dudū ψ 1 Namdudumc̣ λ Nā dudū *l* Iā du dū φ Iam uideo dudum σ s& γ 16 Persequar *E* γ *u* (σ *a g et* β) Prosequar *D F* λ' (ν *r et Fran.* 2 *Bland.*) iter est] ē iter *E* 17 quendam *DEF* λ' ϛʹ quemdam γ *u*

trans Tiberim longe cubat is, prope Caesaris hortos'.
'nil habeo quod agam, et non sum piger: usque sequar te'.
demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus,
cum grauius dorso subiit onus. incipit ille
'si bene me noui, non Viscum pluris amicum,
non Varium facies: nam quis me scribere plures
aut citius possit uersus? quis membra mouere
mollius? inuideat quod et Hermogenes, ego canto'.
interpellandi locus hic erat: 'est tibi mater,
cognati, quis te saluo est opus?' 'haut mihi quisquam.
omnis composui'. 'felices! nunc ego resto.
confice: namque instat fatum mihi triste, Sabella
quod puero cecinit diuina mota anus urna:

TESTIMONIA.

18 'trans — cubat' Acr. ad epist. II 2, 68

VARIA LECTIO.

18 Tranſtyberim *γ* Transtibrē *E* is] his *Eγ pr.* (*a a. ras.*) cesaris *u* ortos (h *supra*) *γ* ortos *E* 19 nil] nihil *Pph.'* quod *EγFλ' D corr. ς' Pph.'* quid (o *supra*) *E* quid *D pr. λ corr. u y* sequar te] sequastę *D* 1 sequartę *D* 2 20 iniq; *E* asellis *E* 21 subiid *γ pr.* honus *γ u* 22 me] te *Apitzius opp. Pph.' Ac.* noui] noris *Marklandus opp. Pph. Ac.* nouit *Pf. opp. Ac.* Viscum] Fuscum *Porphyrionis ω Weichertus opp. Porph.' Acr.* 23 uarium *DEγ* (*vag r et β pr.*) *Porph. Acr.* narum *Fλ'u* (*σ et β corr. Fran.*) *Porf.* me] *om. γ pr. opp. Pph.' Ac.* plures *Ω'ς' Pph.'* 24 cicius *E* m̄bra *u* 26 Inter pellandi *λ'* Int̄ bellandi *E* 27 quis te saluo est *Dγ Fλ'ς'* quis saluo ē (*om.* te) *E* quib; est saluo te *u* quibus est te saluo *y* [1 *Bland.*] quis te saluo opus ẽ? *v y* '·i· in quibus necessaria salus tua est' *gloss. Γ* haut *D a. ras. Eγ* (*vσ*) haud *Fλ'u D p. ras.* (*a r et β*) *Pf.* aut *y* [*Fran.*] *Pph.* haut (h *supra*) *g* 28 Omnis *DEγ* (*ag r*) *y* [*β Bruxell.* 9777 *Gronou.* 1 *Lips. Mellic. Valentian. Vossian.*] Omnes *Fλ'u* (*vσ et Fran.*) *Pph.'* composui *DF* (*vaglr et Fran.*) *Pf.* composui *λ* conposui *Eγu* (*σ et β*) *Pph.* 29 Confece *y* [*Lips.*] *opp. Pph.'* factum *u pr. opp. Pph.' Acr.* triste, Sabella] triste Sabellae, *Peerlk. opp. Pph.'* sabilla *E opp. Pph.' Porph.'* 30 cecinit puero *σ opp. Pph.'* cecinit] cecini *Pph.'* puro *E* cecinit mota diuina *auctore Cruquio Bentl.* mota cecinit diuina *Peerlk.* mota] motum *Reisigius* urna] aura *Iacobsius* 'Mota anus u.] id est ipsa

hunc neque dira uenena, nec hosticus auferet ensis,
nec laterum dolor aut tussis, nec tarda podagra;
garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces,
si sapiat, uitet, simul atque adoleuerit aetas'.
uentum erat ad Vestae, quarta iam parte diei
praeterita, et casu tum respondere uadato
debebat; quod ni fecisset, perdere litem.
'si me amas', inquit, 'paulum hic ades'. 'inteream, si
aut ualeo stare aut noui ciuilia iura;
et propero quo scis'. 'dubius sum quid faciam' inquit,
'tene relinquam an rem'. 'me, sodes'. 'non faciam' ille,
et praecedere coepit; ego, ut contendere *durumst
cum uictore, sequor. 'Maecenas quomodo tecum?'

TESTIMONIA.

34 cf. origo et exordium gentis Francorum u. 135: 'et matura suis aetas adoleuerit annis'

VARIA LECTIO.

commota ex urna dixit imminere mihi fatum ex garrulo. aut mota urna ipsa anus cecinit quoniam sortes de urna tolluntur' *Ac. Acr.*

31 dira] dura *β′y opp. Pph.′* nec] neque *g Pph.′* 34 uitet *DEFλ′uς′* (nitet *r* 1) uites (t supra) *γ* uitat *σ* 1 *y* atque] *om. u* 35 uentum] Vestū *E opp. Pph.′* 36 Preterita *Eu* tum *DγFλ′uς′* dū *E* cū *v* tunc *y* uadato *DEγFuς′* uedato *λ* uadatus *y lemma cod. Acr. Fran.*, *Bentl.* 'Vadato (Vadatus *Fran.*) iudicio (iuditio *γ* iudicia *ν*) quia uadatus eum fuerat. Participium est' *Ac. Acr.* 37 Debeat (:: bat supra) *u opp. Acr.* Debeat *a Porph. opp. Porf.* quid *u opp. Pph.′* ni] ui *E* (ni *a*) *opp. Pph.′* 38 inquid *λ* hic ades] incades *E* hic] huc *y Apitzius* interea *γ y* 39 Aut . . . aut *DEγ pr. ς′ Pph.′* Haud . . haud *Fλ′u pr. γ corr.* (*ν a. ras.*) //Aut . . . aut *r* Ahaud . . . haud *λ* (A *minio picta*) 40 quid] qt *a* inquid *λ* 41 an *DEγFλ′* (*νσagr*) *Pph.′* aut *u* (*β′*) *y* 42 precedere *γ* cepit *E* cępit *u* ego] ergo *Ac. opp. Acr.* durum est *β′ ν σ corr. y Acr. ut uid. Doederlinus* durum *om.* est *Ω′ς Pph.′ Ac.* 'Ordo et sensus est: ego sequor ut est durum contendere cum uictore id est pertinace' *Porph.′* 43 sequar *γ pr.* (*a*) sequor *cett.′ς′ Pph.′* męcenas *DEF* (*ν σ l r*) *Porf. Pf.* mecęnas *γ* mecenas *λ u* (*β′ag*) *Porph. Acr.* tecum] tecum est *y* [*Bamberg. Fran.*, *Chisianus A ap. Feam*, 2 *codd. ap. Valart.*] *opp. Pph.′ Porph.′ Ac. Acr.* 44—52 'paucorum hominum et mentis bene sanae] Horatius dicit: 'magnum narras'.

hinc repetit; 'paucorum hominum et mentis bene sanae;
nemo dexterius fortuna est usus. haberes
magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,
hunc hominem uelles si tradere: dispeream, ni
summosses omnis'. 'non isto uiuimus illic
quo tu rere modo: domus hac nec purior ulla est
nec magis his aliena malis; nil mi officit, inquam,
ditior hic aut est quia doctior; est locus uni
cuique suus'. 'magnum narras, uix credibile.' 'atqui
sic habet'. 'accendis quare cupiam magis illi

TESTIMONIA.

47—49 'hunc — modo' Prisc. X 3, 16 47—48 'hunc — omnes' Prisc. VIIII 8, 41

VARIA LECTIO.

ne (*om. Porf.*) necesse sit (necessit *Porph.*) frequenter ostendere quis qu(a)e uerba habeat aut unde incipiat loqui. hoc obseruandum est: deinceps et supra et ubi duo puncta interposita sunt alteram personam loqui intellegas. certe iam sensus ipse docet quid Horatius, quid ille molestus dicat' *Pph.' Porph.'* 44 sane *E corr. aut* 2 sine *E pr. aut* 1 45—48 ***uerba*** nemo — omnis ***garrulo ascribebat Stallbaumius*** 45 dexterius] deterius *y* [*Bruxell.* 9777 *a* 1. *m.*] ω *Waddelius* est] te *Roederus* 46 posset *DEγFλ'ς' Ac.* posses (t superscr.) *u* possit *g* fere λ ***opp. Ac.*** 47 hunc hominem] huic homini *Peerlk.* ***opp. Ac.*** hominem] hominū *E* ***opp. Ac.*** hominum (e superscr.) *Prisciani* VIIII *cod. R* ***opp. Ac.*** uelles] ferres *u* si uelles *y* ***opp. Priscian.*** (*et omn. codd. Cr.*) tardere *E* 48 Summosses *DEγuς' Priscianus* Submosses *Fλ'* omnis *Eγ* (*ar*1) *y* [*Lips.*] omnes *DFλ'uς' Priscianus* uiuimus *Ω'ς' Priscianus* uiuitur *y* [*Montepess. superscr.* ł m⁹; *Galeanus Zulichem. cod. collegii Trinit. Feae Chisian. B a* 1.*m.* uiuim⁹ *Bruxell.* 10064] *Bentl. opp. Priscian.* 49 nec] ne (c superscr.) γ *y* ne φ 1 λ *uy* purior] pulchrior *y* [*Bruxell.* 9777] ulla] illa *u* est] *om. y* [*Bamberg.* 2 *codd. Bersmanni*] 50 nec] Ne (c superscr.) *u* nil *Ως'*//nil *l* nihil [4 *Bland. Fran.*; nichil β] mi *EγD p. ras.* φ *p. ras.* (*νσar*) mihi *D a. ras. Fλ'u corr. Acr. om. u pr.* (*β'g et* 4 *Bland.*) inquam *DEγFλ'ς'* (*et* 4 *Bland.*) *Ac.* umquam *u* (σ *pr.*) *y* 51 Dicior *D*λ aut *DEγu*φ *corr.* λ *corr.* ς' haud *Fλ'* hic aut] aut hic *u* (*et in marg.* hic) 52 su//s (v superscr.) γ (suis γ *pr.*) suus *cett.'ς'* suis *a* atqui *DEγuς'* atque *Fλ'* (*g*) *u.* 53 *om. D pr.* 53 ab& (h superscr.) λ accendis] Ascendis *Ac.* ***opp. Acr.***

proxumus esse'. 'uelis tantummodo: quae tua uirtus,
expugnabis; et est qui uinci possit, eoque
difficilis aditus primos habet'. 'haut mihi dero:
muneribus seruos corrumpam; non, hodie si
exclusus fuero, desistam; tempora quaeram;
occurram in triuiis; deducam. nil sine magno
uita labore dedit mortalibus'. haec dum agit, ecce
Fuscus Aristius occurrit, mihi carus et illum
qui pulchre nosset. consistimus. 'unde uenis?' et
'quo tendis?' rogat et respondet. uellere coepi
et prensare manu lentissima bracchia, nutans,
distorquens oculos, ut me eriperet. male salsus

TESTIMONIA.

54—55 'modo uelis, quae tua uirtus, expugnabis' Diomed. 1 p. 386 K. 59—60 'nil (nihil Hieronymus) — mortalibus' Hieronym. epist. 58 uita s. Theodulphi abbatis [actt. ss. Mai I] cap. 1, 7 p. 97

VARIA LECTIO.

54 Proxumus *F λ* 1 Proximus *cett. λ p. ras. ς′* modo uelis quae tua uirtus est *Diomedis codd. AB opp. Ac.* quae] que *λ* 55 Expugnabit *σ* 1 (*et β corr.*) *y Diomedis cod. M opp. cod. B* Expugnabilis *g* (*et Fran.*) *y* possit] posset *y opp. Ac.* poscit *Ianus Douza opp. Ac.*

eoq// *D* eo qd — eoq; *u* eo quod *y ω* 56 Difficilis *D pr. E γ F λ′* (*a r* Difficili *g*) *y* [*Bruxell.* 9777 *a* 1. *m. Fran. Gronou. Lips. Mellic. Valentian. Zulichem.*] Difficiles *u D corr.* (*σ et β*) Difficeles *ν* primos aditus *D*

haut *E*(*ν*) haud *cett.′ ς′* dero *g* deero *Ω′ ς′* 57 seruos] *omis. E pr.* 58 tempora *E* (temuora *E* 1) tempore (a) *u* queram *γ u* 59 Occurrā *maiore littera initiali ut in nouo sermone g* nil] nihil *Hieronymus*

60 uita labore] labore uita *Hieronymus* hec *E* agit] ait *y* [*Fran.*] *Botheus opp. Ω′ ς* (*et omn. codd. Cr.*) eccę *λ* 61 aristius *D E γ F λ′ ς′ Pph.′ Porph.′ Ac.* (aristeius *g*) aristhius *u* 62 pulchrę *φ* pulcre *u* uenis et *E γ u D corr. φ corr. λ′ corr.* (*β′ ν σ a*) *Pph.′* uenisset *D pr. F λ′* (*g r*) 'Interrogabat unde uenisset (uenis set *γ*) Aristius (arustius *γ*) uero (*om. Fran.*) respondet (respondit *Fran.*) *schol. Γ* 63 tendis *D E γ u λ′* 2 *ς′ Pph.′* tendit *F λ′ y* respondet *Ω′* respondit *y Pph.′* cępit *u opp. Pph.′* 64 prensare *γ* (*β′ ν a* 1 *et omn. codd. Cr.* pręns: *r*) pensare *E* (*σ*) *y* pressare *D ψ u* (p̄ss: *a* 2 *g l*) *y Pph.′ Porph.′* pręssare *φ λ* manu] matu (u) *λ* (*sic*) bracchia *Pf. Porph.′* brachia *Ω′ ς′ Pph. Porph.′ alt. l.* nutans] mutans *E opp. Ac. Acr.* nictans *y Baxterus opp. Ac. Acr.* 65 salsus] falsus *y lemma Acr. codd. Bamb. Fran. opp. Pph.′ Ac.* falsum *Peerlk. opp. Pph.′ Porph.′ Ac.*

ridens dissimulare; meum iecur urere bilis.
'certe nescio quid secreto uelle loqui te
aiebas mecum'. 'memini bene, sed meliore
tempore dicam: hodie tricesima sabbata: uin tu
curtis Iudaeis oppedere?' 'nulla mihi' inquam
'relligio est'. 'at mi: sum paulo infirmior, unus
multorum. ignosces; alias loquar'. huncine solem
tam nigrum surrexe mihi! fugit improbus ac me
sub cultro linquit. casu uenit obuius illi
aduersarius et 'quo tu turpissime?' magna
inclamat uoce et 'licet antestari?' ego uero
oppono auriculam. rapit in ius: clamor utrimque,
undique concursus. sic me seruauit Apollo.

TESTIMONIA.

69—71 'uin — est' Prisc. X 4, 23 76 'licet antestari' Eutychis ars II 15 p. 484 K. 78 'sic — Apollo' schol. Iuuenal. I 128

VARIA LECTIO.

66 Rid*ens* *E* (Ridem *E* 1) bilis] bellis *Fλ'y* 68 set *γ* meliore *DEγu* (*σar*) meliori *Fλ'* (*β'vg*) 69 tricessima *l a. ras.* (*et Fran.*) tricesima *DEγFλς Pph.'* trigesima *u y opp. Pph.' Ac.* uintu *Dγ* (*vl et Fran.*) uin tu *Fλu* (*σagr et β*) *Pph.' uin tu E* uis tu *y Bentl.* 70 iudaeis *Fγ* iudeis *DEλu* oppedere *DγFλ' E corr. u superscr.* (*β'vσar*) *Pph.' Porf.* (oppendere *Porph.*) *Ac. Prisciani codd. BDHGLK* opponere *E pr. u* obponere *Prisciani cod. R a* 1. *m.* opperiere *g* 'Oppedere] contra dicere quasi contra pedem opponere' *Ac. Acr.* mihi] mibi *γ a. ras.* mi *γ p. ras.* inquam] ·i·q· *Ac.* inqua *y* unquam *y* umquam *y* ī//quã *a* 71 Relligio *DFu* (*vσ* 2 *l r*) Religio *Eγλ* (*β'σ* 1 *a*) Riligio *g* at] aụt *E* (at *E* 2 aut *E* 1) mi] mihi *DEγ a. ras. Fλ'u* (*β'var* michi *g*) *Pph.'* mi *γ p. ras.* (*σ*) *y u.* 72 *omis. y* [*Montepess. pr. Paris.* 7976 *pr.*] *opp. Pph.' Ac. Acr.* 72 ignosces] ignoscis *v* huncine *EF* (*β' σl*) *Acr. cod. v* hunccine *Dγ λu* (*vagr*) *Pph.' Acr. codd. γ Fran.*

73 tam] Iã *v opp. Ac. Acr.* surrexẹṣ *λ* fugit] fingit (v superscr.) *E* improbus *Dγλ'u* (*gr et Fran.*) *Ac.* inpbus *EF* (*βvσa*) ac me] ame *γ* 75 tu] *om. u pr.* (*β'*) *y opp. Pph.'* 76 Inclamat *DEγFλ'* (*σ* 1 *a g r*) Exclamat *u* (*β'vr uar.*) 77 Oppo(no superscr.) *E* Obpono *v* Oppone *Ac.* Appono *y* Oppono *cett.' Pph.'* utrimque *DFλ'uς'* utrumque *Eγy* 78 Vmdiq. *u* Vndiq. *D* seruauit] seruabit *schol. Iuuen. opp. Pph.'*

X

[Lucili, quam sis mendosus, teste Catone
defensore tuo peruincam, qui male factos

VARIA LECTIO.

HOS OCTO VERSVS EXHIBENT Fλ′ (β′) y [Bamberg. a 2. *m. marg. Bern.* 327. 542. 619 *Berol.* 5. 269 *Burnei.* 179 (*in marg. a* 2. *m.*) *Dessau.* II *Dresd.* I *a* 2. *m.* III *et marg. Dresd. L Harlei.* 2699. 2724 *marg.* (*ab al. sed uetusta manu*) *Martinius cod. ap. Cruq. Montepess. Paris.* 7976. 7977. 8212. 8213. 8214. 8216. 10401 *Genou. Nostrad.* 184 = *Pulmanni B Petropolitanus Romani* I. VI. 2, *Ottobon.* 1660, *Feae* 3 *Vaticani* 2766. 2777 (*adscr. a* 1. *m.*) 3259. 4 *Suecouatic.* (*in his* 1675) *Palatini ADF* (*F a* 2. *m.*) *Angelicus A a* 2. *m. Barberinus B Vallicellanus A Vpsal. olim Miegianus nonnulli codd. Landini R. Stephani Lambini*, 1 *ap. Canterum*, 1 *apud Bersmannum*, *ms. Gesneri* II, *adscripti sunt in editione princ. bibl. Vaticanae teste Fea*] ω [*ed. Zaroti, Mediol.* 1486, *Ald.* 1501. *Iunt.* 1503. *Argent.* 1514] ***CONTINVANT ANTECEDENTI SERMONI** β′ y* [*Montepess. Paris.* 8214 *Nostrad.* 184] *VT SERM. X EXORDIVM EXHIBENT HOS VERSVS Fλ′y OMITTVNT DEγu* (*vσagr*) *y* [*quos ipsi contulimus Bamb. Barcin. Burnei.* 179 *a* 1. *m. Bruxell.* 9777. 10064. *Gronou. Harlei.* 3534. *Lips. Paris.* 7979. 7984. 8218 *Sorbon.* 1578 *Regin. Regius Valentian. Zulichem. praeterea Argent.* III. *codd. Bland. Gemblac. Mellic. et alii apud alios editores*] *Pph.′ Porph.′ Ac. Acr. schol. Γ* ***in dubium uocat** Aldus Manutius*, ***Horatio abiudicat** Lambinus*, *Bentleius* ***silentio damnat, spurios esse ostendit** Frid. Iacobsius*, *Orellius* ***Frontonis circiter aetate ab homine otioso factos esse probare studet, Furio Bibaculo** Kirchnerus* ***uindicare conatur, Fannio** (conl. Acr. ad serm.* I 4, 21) ***nuper** Fr. C. Hermannus* ***Horatianos esse primus putauit** Valartius; Heindorfius* ***aut huius aut alius cuiusdam sermonis exordium incohatum sed post reiectum a poeta putat, aut in schedis eius post mortem repertum et huic sermoni additis uerbis*** ut redeam illuc ***temere praepositum esse;*** *C. Morgensternius* ***hos uersus ab Horatio primum quidem initio huius sermonis positos sed curis secundis remotos esse putat. de duplici recensione huius sermonis a poeta facta etiam*** *C. Frankeus* ***cogitat;*** *Io. Val. Franckius* ***his uersibus locum in ipso sermone post uerba:*** age quaeso ***u.*** 51 ***adsignauit.*** *Reisigius* ***hos uersus ab Horatio compositos et post u.*** 71 ***inserendos esse putat*** EGLOGA · XI · *F λ y* (SATYRA · XI · *Nostrad.* 184) 1 quam sis] quod sis *y* [*codd. plerique ap. Lamb.*, 1 *cod. Canteri*] quod sit *y* [*Paris.* 10401] 2 Deffensore *y* [*Bern.* 327] tuo] nouo *y* [*Berol.* 5 *pr.*] tui *Ascensius* peruincam] conuincam *y* ω [*ed. Landini ex mss.*] deuincam *y* [*Kirchneri cod. L in Dresd.* III] prope uincam *Peerlk.* qui] quod ω [*Landin.*]

emendare parat uersus, hoc lenius ille
quo melior uir † est, longe subtilior illo
qui multum puer et loris et funibus udis
exoratus, ut esset opem qui ferre poetis
antiquis posset contra fastidia nostra,

VARIA LECTIO.

6 uiciis *E ε* 7 capescens *E γ* (*a l* 1 *r* 1 *et Fran.*) *y* capess(a)ens *ν* capessens *cett.* (*σ g r* 2 *et β*) urget *Ω' ς'* (*a n. l.*) urguet *g* 8 prauis] paruis *E opp. Hildebert.* obnox(i)a *ψ* obnox*ia* *φ* sepe *E γ ε* 9 laeua *F λ ε* (*a pr.*) leua *E γ ς'* 10 inequalis *γ λ* inequal(i)es *g* clauum *Ω' ς' Acr.* (cl(a)uum *r*) motar& *E* in horas] in oras *F* inoras *λ opp. Ac.* 11 Edibus *γ* ~~ex magnis~~ ex magnis *γ* subit *ε* *uu.* 12—13 uix — Romae] *omis. E* 1 12 honestę *ψ* 13 moechus *γ corr. φ λ* (*a r*) moecldus *ψ* mechus *γ pr. ε* (*g l et β*) męchus *ν σ* (*et Fran.*) doctus' *E γ φ p. ras. ε uar.* (*ν* 2 *σ a* 1 *aut* 2 *l r*) doctor *F λ ε* (*β' ν* 1 *g et omn. Bland.*) 'dicitur enim iste Priscus (crispus *ε*) orator fuisse' *Acr.* adhenis *E*

14 uortumnis *y* [*Paris.* 7976. 8216 uortunnis *Paris.* 8213] uertumnis *Ω' ς' schol. Γ Priscian.* quot quot *λ'* (*r*) qđ qđ *E* (qđ qt̄ *E* 2) qđ qđ *g* quot tot *ε opp. schol. Γ Priscian.* sunt natus] sternatus *F uar. Prisciani cod. S opp. schol. Γ* 15 iusta] ius sta *ε* cheragra *ε* (*r corr.*) chiragra *E* (*ν r pr.*) ciragra *γ* chyragra *φ λ ψ uar.* (*a*) cyragra *β' l* c(h)yragra *ψ* ciragra *σ g*

contudit articulos, qui pro se tolleret atque
mitteret in phimum talos, mercede diurna
conductum pauit: quanto constantior idem
in uitiis, tanto leuius miser ac prior ille
qui iam contento, iam laxo fune laborat.'
non dices hodie quorsum haec tam putida tendant,
furcifer? 'ad te, inquam'. quo pacto, pessime? 'laudas
fortunam et mores antiquae plebis, et idem,
siquis ad illa deus subito te agat, usque recuses,
aut quia non sentis quod clamas rectius esse,
aut quia non firmus rectum defendis et haeres

TESTIMONIA.

15—16 cf. Pers. 5, 59 sq.: 'sed cum lapidosa cheragra fregerit articulos' 24 cf. Auson. epist. 4, 31: 'subsidisque fero? moneo tamen, usque recuses'

VARIA LECTIO.

16 Contudit *E γ F ς′* Contulit *λ y* Contundit *ε* Contigit *y* [1 *Bland.*] 'propter metrum corripuit' *Acr.* tollere *E γ* 17 in phimum *E γ ε ψ* 2 (*β′ ν* 1 *ut uid. a r pr.*) in fimū *φ λ y Pph.′ Porph.′*
in pirgum
infimū *l* in phymum *y* [*Bland.* 4 (?)] *in phımū σ* infịmụ̄ *ψ* inphirgum *r corr.* in pyrgum *ε uar.* (*ν* 2) *y* in pirgum *φ* 2 *uar.* (*g*) ['*scribitur* & φιμὸς *in* 1 *cod. Bland.*' *Cruqu.*] *cf. schol. Aeschin.* I 59, 9: 'φιμοὶ οἱ καλούμενοι κημοί, εἰς οὓς ἐνεβάλλοντο οἱ ἀστράγαλοι' *schol. Iuuen.* 14, 5: 'fritillo] pyxide cornea qui φιμός Graece dicitur' 'Fimum quod nos fritillum dicimus' *Porph.′* 'phimum] pyrgum. alii fritillum dicunt' *Acr.* 18 pauit] patuit *ε* isdem *F a. ras. ε* (*a g r* 2 *uar. et β a. ras.*) idem *E γ λ F p. ras.* (*ν σ r et β p. ras. Fran.*) isdē *l* ijsdem *y* [*omn. Bland.* (?)] 'idem] Volanerius' *gloss. Γ* 19 uiciis *ε* leuius] est melius *F λ′* tanto leuius] tanto minus et *uel* tam nobilius *Peerlk.* ac prior *F λ′ ε* 2 (*σ*) acrior *E γ ε* 1 (*ν a g r* 2 *et β* acrius *r* 1) ille *Ω′ ς′* illo *φ* 2 *uar.* (*σ uar. et β* 2) ['acrior ille. *sic legitur in omnibus scriptis praeter* 1 *Bland.*' *Cruqu.*] 20 iam . . . iam *λ′* (*σ g et Fran.*) *schol. Γ* iam . . . quam *γ ε* (*ν* 1 *ut uid. a*) tam . . . quam *F γ uar.* (*ν r et β* 3 *Bland.*) iā contento (*om. alterum* iam) *E* 'Iam hic (hic iam *ε*) 'modo' intellegendum modo laxo modo contento' *Acr.* qui iam] quam qui *Doederlinus* contento] contempto *ε* 21 non dices, hodie quorsum *distinxit Doeringius* haec] ha^{c}c *λ* 22 laudas *E γ λ′ ε F uar. φ* 2 *ς′* laudes *F y* 23 antiq; *E* et] at *Marklandus* 24 agat, usque] agat usque *Doederlinus* agat, ire *uel* isse *Peerlk.* 25 rectịus *E* 26 'quia in defendendo rectum non es firmus' *Porph.′* 'aut quod non sit firmus ad ea tuenda quae dicit'

nequicquam caeno cupiens euellere plantam.
Romae rus optas, absentem rusticus urbem
tollis ad astra leuis. si nusquam es forte uocatus
ad cenam, laudas securum holus ac, uelut usquam
uinctus eas, ita te felicem dicis amasque
quod nusquam tibi sit potandum. iusserit ad se
Maecenas serum sub lumina prima uenire
conuiuam: “nemon oleum fert ocius? ecquis
audit?” cum magno blateras clamore fugisque.

TESTIMONIA.

34 ‘conuiuam — ocius’ florileg. Nostradam. 188 35—36 ‘dicimus etiam hic mulius, lii, pro custode mulorum: unde Horatius: blateras clamore (clamo cod.) fugisque †mulius’ glossar. Mai class. auct. VIII 340 35 ‘magno — furisque’ florileg. Cusanum (non Nostradam.) ‘magno blateras clamore’ Eutychis ars II 13 p. 481 K.

VARIA LECTIO.

Acr. non firmus *E γ F ε ϛ′* infirmus *λ* et haeres] *& h*ę^e^ris (*uirgula a* 2. *m*) *E* haer^e^es *F λ′* heres *γ ε* ***inde a u.*** 27 ***incipit alia manus in cod. a*** 27 Nequicquam *γ* (*a*) Ne ʾqtquā *g* Nequiquam *E F λ′ ε ϛ′* caeno *F* (*ν σ a l r*) ceno *E γ λ ε* (*β′ g*) 28 Rom^a^erus *λ* obtas *E*

uu. 28—69 ***DESVNT*** *ε* ***Ω′ = E γ F λ′***

29 si nusquam] sin usquam *y Doederlinus* (sinus q̃ *g* sinusquā *ν*) si non *Peerlk.*, si nemo forte uocauit *idem proposuit* es] es// *γ* 30 cænā *F* (*a l r et Fran.*) olus *E* (*σ*) uelud *E* usquam *Ω′ ϛ′* (*et omn. codd. Cruq.*) usque *y* escam *Horkelius et Hitzigius* 31 Vinctus *Ω′ ϛ′* uictus *ψ uar.* uinctus *φ* 2 *uar.* Unctus *y* uinctus eas] inuitus eas *Marklandus* uix fugias *Horkelius* uitasses *Hitzigius* eas] eas. *φ* :eas *ψ* cas *l* amas] ames *Peerlk.* [‘τὸ amas *in omnibus scriptis adiungitur sequentibus*’ *Cruqu.*] 32 nusquam *E F λ′ γ corr.* *ϛ* (*et β*) numquam *γ a. ras. y* nũq *y* [*Fran.*] iusserit] viserit *E* 1 33 Maecenas *E* (*ν a r*) *y* Mı//cenas *λ* (Mąecę: *l*) Mecęnas *γ* Mecenas *F* (*β′ σ g*) serum] seru// *E* solum *Marklandus* 34 conuiuam] Cũ uiuā *λ* oleum] ȯe^l^ñ *l* fert *E ψ* 2 (*ν* 2 *σ l r et Fran.*) feret *γ F λ* (*ν* 1 *a g et β codd. Bland.*) otius *λ′* ecquis *γ F λ′* (*ν σ r*) ecquis *a* et quis *E* (*g et β*) haec quis *F uar. y* 35 magno] magna *F opp. Pph.′ Eutych. floril. Cusan.* blateras] plateras *E opp. Pph.′ Porph.′ Eutych. floril. Cusan. gloss. Mai* lateras *schol. γ cf. Varr. sat. p.* 149 *R.*: ‘quid est? quid (b)lateras? quid rabis?’ *cf. Appul. met.* IIII 24, 289 VIII 26, 577 *Iuuentini eleg. de Philom. u.* 56 [*anth. Lat. nr.* 233 *M.*] *Festus s. u.* ‘*blaterare*’ ‘blaterare proprie est inepte clamare’ *Acr.* ‘blateras] latras uel furiose clamas’ *Pph.′ Porph.′* fugis

Muluius et scurrae tibi non referenda precati
discedunt. "etenim fateor me" dixerit ille,
"duci uentre leuem, nasum nidore supinor,
inbecillus, iners, siquid uis, adde, popino.
tu cum sis quod ego et fortassis nequior, ultro
insectere uelut melior, uerbisque decoris
obuoluas uitium?" quid, si me stultior ipso
quingentis empto dragmis deprenderis? aufer
me uoltu terrere; manum stomachumque teneto,
dum quae Crispini docuit me ianitor edo.
te coniunx aliena capit, meretricula *Dauom:
peccat uter nostrum cruce dignius? acris ubi me

TESTIMONIA.

36 'tibi — precati' Prisc. XVIII 25, 230 39 glossar. Mai class. auct. VIII 424 40 florileg. Nostradam. 188 41 - 42 'uerbisque — uitium' schol. Pers. 5, 106

VARIA LECTIO.

Ω' ς' gloss. Mai furis *γ uar.* (*ν uar. et V*) *y Pph.' flor. Cus.* 'fugisque] μορωλογcιc (lege μωρολογεῖς). at furis' *gloss. Γ* 'Expressit uelocitatem hominis festinantis ad caenam' *Acr.* 36 Muluius *Ω ς' Acr.* Miluius *l y Peerlk.* scurrae] currę *λ* referenda] refrenanda *E opp. Priscian.* precati] p̄catus *F a. ras. opp. Acr. Priscian.* *u.* 37 *omis. y* [*Montepess.*] 38 supinor *γ λ F uar. ς' Ac. Acr.* suppinor *E* supino *F* (*l*) *y Pph.'* supini *g* 39 Inbecillus *Ω* (*β' ν σ a r*) Imbecillus *g l* Inbecillis *ψ uar. y glossar. Mai* 40 ultro] ultra *λ y* 41 uelud̃ *φ* que] ne *Peerlk.* 42 Obuoluas *Ω' ς'* Obuoluis *σ y schol. Pers.* obuolues *Peerlk.* si me] sme[m] *E* stultior] astutior *F uar. y* ipso *γ F λ* (*ν a r et β*) ipse *E ψ* 2 (*σ g l et β* 2 *Fran.*) 43 empto] emptos *λ* emptis *ψ a. ras.* dracmis *F λ'* dragmis *E γ ς'* deprenderis *E γ* (*ν σ a g r et Fran.*) dep̄henderis *F λ* (*et β* dep̄en: *l*) 44 uoltu *F λ'* (*ν r*) *y* [*Regin.* 1 *Vossianus*] uultu *E γ ς'* manum] manu *λ* 45 Dum quae *F* (*a g r et β corr.*) Dumquę *ν* Dum.[que] *l* Dumque *E γ λ* (*β' σ*) crispini *γ F* (*β' σ a g r*) crispini[h] *E* chrispini *ν* crisippi *F uar. y* crissippi *λ* crysippi *l* *uu.* 46—91 ***DEFICIT*** *ν*

ς' = codd. β' σ a g r (*l*) *praeter eos ex quibus aliae lectiones notantur; ς = codd. σ a g r* (*l*) *praeter e. q. s.*

46 coniunx *E γ F* (*a g l r*) iunx *λ* coniux *β' σ* aliena] si aliena *Peerlk.* dauum *Ω'* (*β' σ a g*) clauum[d] *r* 47 cruce] crece *E* dignius] dignus[i] *φ*

natura intendit, sub clara nuda lucerna
quaecumque excepit turgentis uerbera caudae,
clunibus aut agitauit equm lasciua supinum,
dimittit neque famosum neque sollicitum, ne
ditior aut formae melioris meiat eodem.
tu cum proiectis insignibus, anulo equestri
Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama
turpis, odoratum caput obscurante lacerna,
non es quod simulas? metuens induceris atque
altercante libidinibus tremis ossa pauore.
quid refert, uri uirgis ferroque necari
auctoratus eas, an turpi clausus in arca,
quo te demisit peccati conscia erilis,
contractum genibus tangas caput? estne marito

TESTIMONIA.

58 cf. Senec. epist. 37, 1: 'uri uinciri ferroque necari'

VARIA LECTIO.

48 intendit *Ω′ ς′* (*et* 4 *codd. Bland.*) incendit *g* (*et Fran. uar.*) *y Bentl.* nuda lucerna] lucerna nuda *E* 49 Quecumque *γ* excipit urgentis se *y* [3 *Bland.*, *cod. Pulmanni V*] excepit *E F* (*σ a g l et β*) excępit *r* excipit *Fran.* excoepit *γ* accepit *λ y* turgentis] turientis *E* urgentis *F* 1 (*l* 1 *et Fran.*) *y* *u.* 50 *omis. y* [*Monac. quintus*] *opp. Acr.* 50 ęqum *y* [*Gronou.*] equum *Ω′ ς′* suppinum *λ* *u.* 52 *omis. γ pr. opp. schol. Γ* 52 Didtior *E* forme *E λ* eodem] edem *E* 1 *γ* 53 tu cum] Tecū *F* (*l* 1) (*sed* tu cum *F uar. l* 2) *opp. Ac.* 54 Dama] clama *E pr.* damma *g r* 55 lacerna *γ corr. F λ ς′* lucerna *E γ pr.* (*l pr. r uar.*) 56 simulas?] simulas, *Doederlinus* induceris] educeris *F uar. y* 57 Altercante *γ F λ′* (*β′ σ a r corr.* altercantibus *r pr.*) Alī candente *E* Alternante *g y* [*Argent.* III *a. ras. Paris.* 8213] 58 refert uri] refertur *Pph.′* referturi *l* 1 refert] refer*t* *ψ* refertū *φ* uri] † uni urgi *y* [*Mellic.*] uri uirgis] uirgis uri *y opp. Ω′ ς′* (*et V*) uinciri uri *Linkerus* 'uri flammis, uirgis secari, ferro necari' *Acr.* 59 turpi] turbi *E* archa *λ′* (*g et β*) 60 demisit *E γ* (*g l r*) dimisit *F λ* (*β′ σ*) peccati conscia herilis demisit *E γ pr.* peccati *demis*it conscia erilis *a* peccati demisit (peccatis dim: *Mellic.*)* conscia herilis *y* [*Dresd.* III *Mellic.*] d: peccati (pec^{c}t: *r*) conscia erilis (*uel* her:) *cett.′ ς′* erilis *F* (*β′ a g l*) *y* [*Regin. Vossianus*] herilis *E γ λ* (*σ r*) 61 Contractum *γ F* (*β′ σ a r*) Contractu

matronae peccantis in ambo iusta potestas?
in corruptorem uel iustior. illa tamen se
non habitu mutatue loco, peccatue superne.
cum te formidet mulier neque credat amanti,
ibis sub furcam prudens dominoque furenti
committes rem omnem et uitam et cum corpore famam.
euasti. credo, metues doctusque cauebis;
quaeres, quando iterum paueas iterumque perire
possis, o totiens *seruos! quae belua ruptis,
cum semel effugit, reddit se praua catenis?
"non sum moechus" ais; neque ego, hercule, fur, ubi uasa

VARIA LECTIO.

E Contractum ut λ′ ψ 2 (*g et fere omn. Cruq.*) caput] capud *E* capt. λ 62 ambo *E γ F* (*β′ a g r*) ambos λ′ (σ) 'pro in ambos' *gloss. Γ* *uu.* 63—65 *eiciebat Kirchnerus* 63 tamen] etenim *Peerlk.* 'tamen] enim aut habundat' *gloss. Γ* 'adultera enim supra adulterum nihil committit criminis neque habitum suum mutat. id est non deponit ingenuitatis insignia neque locum mutat. id est non exit de domo sua . . .' *schol. Γ* 64 motatue *E* peccatue *E γ* ς′ (*et codd. Bland.*) peccatque *F* λ (*et β corr.*) *y* peccatne *y Pph.′* spectetque *Horkelius* mutatue *Apitzius* superne *Ω′* (*σ g r et β*) *Pph.′ schol. Γ* supnę *y* [*Fran.*] *a n. l.* supe^r^ne *y* [*Paris.* 10403] supmę *y* [*Regius*] supine *Petrus Nannius* superbe *Praedicomius* sequens, te *Withofius* pudenter *Peerlk.* *u.* 65 *omis. y* [*Lips. pr.*] *opp. Acr.* 65 cum] ·T·cū ψ te] se *Hitzigius opp. Acr.* formidet] formidat *r pr. y Doederlinus* credat] credit *y Doederlinus* 66 prudens] imprudens *Peerlk.* furenti] prudenti λ 67 Committas *γ pr. y* Committes *E γ corr. F* ς′ Cōmites λ uitam et cum corpore famam] famam et cum corpore uitam *Peerlk.* cum] *omis. E* 68 euasti] Euasit *F uar.* (φ *uar.* ψ 2 *uar.*) *opp. gloss. Γ:* 'i. euasisti' euasti? metues, credo *y Bentl.* euasti? credo metues *Kirchnerus* metues doctusque *E F* λ′ (*β′ a r*) metuens doctusque *γ* (*g*) doctus metuensque σ 69 Quaeres *F* 2 (*σ a l r et β*) Quę res *γ pr.* (*et Fran.* 1) Queres *E* Quaeris *F* 1 λ (*et β corr.*) Queris *g y* iterum] *omis.* λ paueas] pecces *Peerlk.*

70 *REDIT* ε; *Ω′* = *E γ F* λ′ ε

70 tociens ε (*σ a et Fran.*) tocies *g* seruus *Ω′* ς′ que *F* λ′ q. ε belua] beluarua *E* 71 semel] se me ε praua] priua *Cruquius* ,praue, *Peerlk.* 72 moechus *γ F* ε (*a corr. l*) moec^h^us

praetereo sapiens argentea. tolle periclum,
iam uaga prosiliet frenis natura remotis.
tunc mihi dominus, rerum imperiis hominumque
tot tantisque minor, quem ter uindicta quaterque
inposita haut unquam misera formidine priuet?
adde super dictis quod non leuius ualeat: nam,
siue uicarius est qui seruo paret, uti mos
uester ait, seu conseruos; tibi quid sum ego? nempe
tu, mihi qui imperitas, alii seruis miser atque
duceris, ut neruis alienis mobile lignum.
quisnam igitur liber? sapiens sibique imperiosus,
quem neque pauperies neque mors neque uincula terrent,
responsare cupidinibus, contemnere honores

TESTIMONIA.

74 cf. ecbasis captiui u. 1040: 'tunc uaga prosiluit frenis natura remotis' 85 'ut supra: responsare cupidinibus' Porph.′ ad II 7, 104

VARIA LECTIO.

λ (*r*) moelchus *E* mechus *β′σ a pr. g* ais] ait *g y Pph.′* aio *γ pr.* ercule *E* uasa] uisa *g* (*et V*) 73 Pretereo *F* Pretero λ′ 'prudens p̄tereo] Tumens (timens *Fran.*) legitur et prudens sub eadem significatione' *schol. Γ* periclum] pictum *F uar.* (perictū *l uar.*) *opp. schol. γ* 74 iam] tunc *ecb. capt.* prosiliet] prosiluit *ecb. capt.* natura] nata *E* 1 77 Inposita *E ε* (σ) Imposita *γ F λ′ ς′* haut *E λ* (σ) haud *γ F ε ς′* umquam *γ F λ′ ε* (*β′σ a*) unquam *E* (*g r*) priuet] priuat *ε F uar.* (*β′*) *y opp. schol. γ* (BRIUAT *l uar.*) 'liberet (laboret *Fran.*)' *gloss. Fran. Voss.* 'liberauit' *gloss. Γ* (*E γ*) 78 super *E γ ε φ* 2 (*β′σ a g l r* 2 *uar.*) supra *F λ* (*r*) 79 paret] parat *ε opp. gloss. Γ* (*E γ*) paretpar *ψ* uti mos *E γ ε F* 2 *ς′* ut imos *g* ut est mos *F λ y* 80 agit *σ y* conseruos *a* 1 conseruus *Ω′ ς′* quod *Ω′ ς* (*et* 1 *Bland.*) quid *β′σ a g l* 2 81 imperitas *E γ F λ′ ς′* inperitas *ε* alii *E ε φ p. ras.* (*β′σ* 1 *a r et V cum* 2 *aliis codd. Cruq.*) aliis *γ F λ′* (*σ* 2 *g et β corr.*) 82 duceris] Duceres *ε* 'traheris' *schol. Γ* lignum] signum *auctore Iano Douza patre Bentleius opp. schol. Γ* 83 Quis nā *E* que *E γ F λ* (*σ a g r et V*) qui *ε* (*β′l*) *cf. Stat. silu.* II 6, 16 *sq.*: 'qui sponte sibique imperiosus erat' *u.* 84 *post u.* 87 *ponit Peerlk.*
85 responsare cupidinibus] 'percontatiue legendum' *Porph.′ ad u.* 104 contemnere *γ* (*a g l*) contempnere *E F λ ε* (*β′σ r*) honores] honorē *ε y*

fortis, et in se ipso totus teres atque rotundus,
externi nequid ualeat per leue morari,
in quem manca ruit semper fortuna. potesne
ex his ut proprium quid noscere? quinque talenta
poscit te mulier, uexat foribusque repulsum
perfundit gelida, rursus uocat. eripe turpi
colla iugo, "liber, liber sum", dic age. non quis:
urget enim dominus mentem non lenis et acris
subiectat lasso stimulos uersatque negantem.
uel cum Pausiaca torpes, insane, tabella,
qui peccas minus atque ego, cum Fului Rutubaeque
aut Placideiani contento poplite miror
proelia rubrica picta aut carbone, uelut si

TESTIMONIA.

86 Augustin. de quantitate animae 27 [I 414c Ben.] cf. Auson. ed. 16, 5 sq. 'securus, mundi instar habens, teres atque rotundus externae nequid labris per leuia sidat' 88 'in — fortuna' florileg. Parisin. 8069 Nostradam. 188

VARIA LECTIO.

86 totus teres, *Lambinus* totus, teres *Bentl.* teres] terr$\overset{s}{\&}$ *E opp. Augustin.* 'in se teretes dicuntur qui ab alio non qu(a)erunt quod faciendum sit sed ipsi per se inueniunt' *Acr.* 87 nequid] ne quit *F* 1 per leue] pleue *F* pleua *ψ uar.* pleuet *φ uar.* 'Metafora a leui ligno siue marmore' *Acr.* *uu.* 88 — 90 *post u.* 91 *ponit y* [*Fran.*] 88 manca] manna *floril. Nostr.* 188 potesne *E ε F p. ras.* (*β′ σ a uar. g l p. ras.*) potestne *γ F λ′* (*a r*) 89 proprium] propium *E γ* (*a*) 92 ***REDIT*** *ν*

ς′ = codd. β′ ν σ a g r (*l*) *praeter eos, ex quibus alia lectio notatur; ς = codd. ν σ a g r* (*l*) *praeter e. q. s.*

liber liber] liber *ε* (*l pr.*) *y* 93 Vrguet *a g* acris *E F λ ε* (*g*) *y* [*β Gronou.* 1 *Valentian.*] acres *γ ς* 94 lasso stimulos] lasso, s timulos *ψ* stimulos] stimulus *E pr.* uersat] uexat *y ex gloss. Γ:* 'regit uexat' negantem] neganti *Peerlk.* 95 torpes] topens *ε* torp$\overset{s}{\&}$ *E* 'stupes miraris' *gloss. Γ* insanæ *F* 96 Quid *E* 'quomodo' *gloss. Γ* ego] *omis. ε y* 97 A$\overset{t}{u}$ *γ* placide iani *γ λ′ F* 2 (*ν r*) placideani *E* placidę iani *a* (*et β*) placidiani *ε* (*σ* placidi iani *Fran.*) paci deiani *ψ* 1 pacideiani *φ* 1 *Pph.* (pacidę iã *Pf.*) Pacidiani *y* [1 *cod. Bland.*] pacide iani *g cf. Lucil. ap. Non.* 4, 64: 'cum Pacideiano hic componitur' contento] c̄tempto *E opp. Pph.′ schol. Γ* 98 Proelia *γ ε* (*a l r*) Praelia *E F λ* (*σ g et Fran.* P̄lia *ν* Prelia *β*) uelud *γ*

re uera pugnent, feriant uitentque mouentes
arma uiri? nequam et cessator Daus; at ipse
subtilis ueterum iudex et callidus audis.
nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens
uirtus atque animus cenis responsat opimis?
obsequium uentris mihi perniciosius est cur?
tergo plector enim. qui tu inpunitior illa,
quae paruo sumi nequeunt, obsonia captas?
nempe inamarescunt epulae sine fine petitae,
inlusique pedes uitiosum ferre recusant
corpus. an hic peccat, sub noctem qui puer uuam

TESTIMONIA.

107 Hildebert. moral. philos. 985 109—110 'an — strigili?' Prisc. VII 14, 70

VARIA LECTIO.

99 mouentes *E* γ φ 2 ψ *corr.* ς' mouentis ε *F uar.* (*l* 1) morientes *F* λ 100 et] *omis. F* λ' (*v* 1) *y opp. Ac.* 'Si inquid pictura fuerim fortassis delectatus et moras fecero, statim dominus stomachatur' *schol.* γ daus ε dauus *cett.'* 101 u&ere *E* calidus ε 102 nil] nihil *Pph.' Porph.' Ac.* si ducor] si ductor *y* seducor *Pph.'* 103 cenis γ (*a g et* β) caenis *E F* λ' ε (*v* σ *r et Fran.*) responsat] respondat *E* opimis] opinis ε 104 pernitiosus γ perniciosius *E F* λ (*v a g r et* β) perniciosus ε (σ *et Fran.*) ꝑnitiosus *l* 'percontatiue (pcontinuatiue *F*) legendum' *Porph.' schol. F* 105 tergo plector. enim qui *Peerlk.* 'nam ego uapulo' *Acr.* qui tu *E F* 2 ς' (*et omn. codd. Cruq.*) *Ac.* qui *tu r* quid tu γ λ (*a*) quid (*om.* tu) ε qui dum *F* 1 (*l* 1) 'unde tu quo modo' *gloss.* Γ inpunitior *E* λ' (*et* β inpunicior *g*) *Ac.* impunitior γ *F* ε ς *impunicior r* 'interrogatiue hoc totum dicit affirmans ita esse ut dicit' *schol.* Γ *imitatus est Persius* 5, 129 *sqq.*: 'sed si intus et in iecore aegro nascuntur domini, qui tu inpunitior exis atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit erilis?' illa] ulla λ' 106 Que γ paruo sumi] aruosū in ε sumi] svmi *E* obsonia *E F* λ' (β' σ *g r*) ipsonia γ opsonia *v a u.* 107 *omis. v pr.* 107 petite *E* 108 Inlusi *E F* λ' ε (*r et* β) Illusi γ (σ *a g et Fran.*) Inclusi *v* lassati *uel* inflati *uel* collapsi *Peerlk.* illuduntque . . . et ferre *idem* pedes] *omis.* ε uiciosum ε 109 peccat] peccauit *Priscianus* noctem] nocte ε *opp. Priscian.*

furtiua mutat strigili? qui praedia uendit,
nil seruile gulae parens habet? adde quod idem
non horam tecum esse potes, non otia recte
ponere, teque ipsum uitas *fugitiuos et erro,
iam uino quaerens, iam somno fallere curam;
frustra: nam comes atra premit sequiturque fugacem'.
unde mihi lapidem? 'quorsum est opus?' unde sagittas?
'aut insanit homo aut uersus facit'. ocius hinc te
ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

VIII

Vt Nasidieni iuuit te cena beati?
nam mihi quaerenti conuiuam dictu's here illic

TESTIMONIA.

113 'et hic erro, nis. i. uagus quilibet et instabilis; unde Horatius in sermonibus: teque — erro' gloss. Mai class. auct. VIII 186
II 8. 1 Prisc. XVII 5, 38 2—3 'nam — die' Prisc. XV 3, 14

VARIA LECTIO.

110 Furtiua $\Omega' \varsigma'$ (*et omn. codd. Cruq.*) *Priscian.* Furtiuam *y Prisciani* 2 *codd. ap. Krehl.* mutat] motat *E* predia *ψ*
111 seruile] seruire *ε corr. y* gule *E φ* 1 112 tecum] te : : : : *ε* potes] putes *E pr.* ocia *E* 113 'uitas] se uitant' *gloss. Γ* uitans *Peerlk.* fugitiuus $\Omega' \varsigma'$ *glossar. Mai* et erro $\Omega' \varsigma$ (*et V*) *glossar. Mai* ut erro *r* (*et* 3 *Bland.*) et erras *y opp. schol. γ* ut erras *Peerlk.* 'erro] nomen est' *gloss. Γ* 'Errones dicuntur qui inopes sunt consilii; hic erro, sicut popino uel ganeo' *Acr. cf. edict. aedil. ap. Gell.* IIII 2, 1: 'quis fugitiuus erroue sit'
114 q̄rens *F* quęrens *γ ε* querens *E λ* 115 sequturq; fuga : : : *ε*
117 ocius *γ F λ* otius *E ε* *u.* 118 *REDIT C*

$\Omega' = E\,\gamma\,C\,F\,\lambda'\,\varepsilon$

118 nona] noua *ε* (*σ* 1) *y*

II 8. AD FVNDANIVM *φ* 2 (*l* AD FVNDANVM *Fran.*) AD FVNDANIVM CENAM NASIDIENI REFERENTEM (REFERRE *r*) *σ r* *inscriptione carent Ω* (*ν a g et β*) 'hanc ad Fundanium scribit' *Porph.'*
1 ut] qui *Iahnus opp. Pph.'* 'quomodo qualiter' *Acr.* nasi dieni *F* iuuit te] inuite *λ* inuitte *λ* 1 cena *C* (*g r et β*) caena *cett.'* (*ν σ a et Fran.*) 2 q̄renti *F* querenti *E γ C λ* conuiua *γ* quaerenti conuiuam] conuiuam quaerenti *Priscianus Bentl. opp. schol. Γ epist.* dictus $\Omega' \varsigma'$ dictu's (= dictus es) *conieci* dictus here]

de medio potare die. 'sic ut mihi nunquam
in uita fuerit melius'. dic, si graue non est,
quae prima iratum uentrem pacauerit esca.
'in primis Lucanus aper; leni fuit Austro
captus, ut aiebat cenae pater; acria circum
rapula, lactucae, radices, qualia lassum
peruellunt stomachum, siser, allec, faecula Coa.
his ubi sublatis puer alte cinctus acernam
gausape purpureo mensam pertersit, et alter

TESTIMONIA.

schol. γ (non Bamb. Fran.) epist. I 5, 2 5 'ut in sequentibus: iratum uentrem' Porph.′ serm. II 2, 18 8 cf. ecbasis captiui u. 146: 'sunt mihi lactucae, radices, semina siluae' 9 Prisc. VI 4, 20 'siser — Coa' glossar. Mai [class. auct. VIII 230] 10—11 'his — pertersit' Prisc. VII 11, 55 'acernam — pertexit' glossar. Mai [class. auct VIII 15] 11 'gausape purpureo mensam pertersit acernam' Prisc. VII 15, 74

VARIA LECTIO.

dicti : : : : re ε here Ω′ ς′ *Priscianus* heri σ *pr. y schol. γ epist. cf. Quintil.* I 7, 22: 'here nunc e littera terminamus: at ueterum comicorum adhuc libris inuenio: heri ad me uenit, quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendauit, deprenditur' I 4, 8: 'in here neque e plane neque i auditur' 'heri et here (& here & heri *E*) potest dici' *schol. Γ* illic Ω′ ς′ *Priscian. schol. γ epist.* illuc *y Peerlk.* 3 potare] patare *schol. γ epist.* sic ut] sicut *C* φ (*ν*) nunquam *E C* (*g*) numquam *cett.*′ ς′ 4 dic — non *euanuit* ε dic *E γ C* ς′ (*et omn. codd. Cruq.*) da *F* λ (β 2) *y* si] sic γ (*a* 1) 5 Que γ uentrem] tre ε uentre *l* 1 placauerit *F* λ ε (*ν a corr. g et* β) pacauerit γ *C E* 2 (*a pr. l corr. r et Fran.* puc: *l pr.* pa cauerat σ) peccauerit *E* 1 *y* esca] : : : : ε 6 Inprimis *E C* (*ν g l r*) In primis *F* λ ε (β′ σ *a*) Imprimis γ fuit] fluit ε *opp. Pph.*′ hic fuit *Peerlk. opp. Pph.*′ 7 cenae *C* ε (*r et* β cene *g*) caenae *E γ F* (*ν σ a l*) caene λ 8 Rappula ε (β′σ) Rapula *E γ C F* λ′ (*ν a g r*) *Pph.*′ lactucae radices] ,radices lactucae et, *Peerlk. opp. Pph.*′ *et ecb. capt.* lassum] lapsum ε 'fastidiosum' *gloss. Γ*

9 allec γ *C* λ′ ε ς′ allęc *F* hallec *E* (*r*) alec *y glossar. Mai* fęcula *E γ C F* λ′ *glossar. Mai* fecula ε *y* [*omn. codd. Cr.*] Coa] coha *F* λ ε (β′) choha *l* choa *ν* coa *g* co& *C* 'Coa, piper allece non sine aceto' *Priscianus praue admixto u.* 49 10 ubi *E γ* φ 2 *uar.* ψ 2 (*ν corr. σ a g l r et* β) ut *C F* λ ε (*ν pr. et Fran.*) *y Priscianus* 'posteaquã' *gloss. γ* sublatis] sublatas λ *opp. Priscian.* 11 pertersit] pertexit *glossar. Mai coni. Cruquius* d'tersit *g y cf. Lucil. ap.*

sublegit quodcumque iaceret inutile quodque
posset cenantis offendere; ut Attica uirgo
cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes
Caecuba uina ferens, Alcon Chium maris expers.
hic erus: "Albanum, Maecenas, siue Falernum
te magis adpositis delectat: habemus utrumque.".
diuitias miseras! sed quis cenantibus una,
Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
'summus ego et prope me Viscus Thurinus et infra,
si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
Vibidius, quos Maecenas adduxerat umbras.

TESTIMONIA.

15 Prisc. II 8, 46 cf. incerti excerpta argumenti grammatici § 56 p. 210 Eichenf. et Endl.: 'Caecuba uina optima dicuntur'
21 cf. schol. Fran. ad serm. I 2, 2: 'balatrones autem luxuriosas ac perditos uocat a Seruilio Balatrone (balatronę cod.) cuius in secundo meminit'

VARIA LECTIO.

Prisc. VIIII 50: 'purpureo tersit tunc latas gausape mensas'

12 qđcunq; *E C* quod^cū^que *ψ* 13 cenantis *C y* [*β* 1 *Lips.*] caenantis *F ε* cenantes *γ* (*g r et β* 2 *Fran.*) caenantes *E λ′ ψ superscr.* (*ν σ a*) offenderet *ε* (*et Fran. a. ras.*) 14 cereis *E* hydaspes *E C ε* (*β′ ν l r*) *Pph.′* hydas pes *F* hydapes *λ* hidaspes *γ* (*σ a*) hyda^s^pses *g* 15 Cae^c^//uba *ψ* (*sed ψ marg.* Cecuba) al c̄chiū *ε* alc̄chiū *C* 16 erus *Ω′ ς* herus (*ν σ et β*) albinum *C* maecenas *E C φ ε* (*a l r*) męcęnas *γ* mecaenas *ψ* meceenas *λ* mecenas *ς′* ualernū *E* 17 appositis *E γ* (*σ a g*) adpositis *C F λ′ ε* (*β′ ν r*) 18 set *γ* cenantibus *γ C* (*β′ g r*) caenantibus *F λ′ ε* (*ν σ a*) canentib̧ *E* una] unam *λ a. ras.* 'simul' *gloss. Γ* 19 Fundā *ε* Funda^ni^ *E* pulcre *F ε opp. gloss. Γ* 20 et] *omis. C* prope] pro *ε* (*β′ ν et V*) thurinus *γ F ε* (*β′ ν a l r*) thurrinus *E* th^u^rrin' *λ* turin' *C* (tu^r^rinus *σ* trinus *g*) Turanus *Fabricius conl. Ouid. Pont.* IIII 16, 29 20—21 Thurinus — Varius] *omis. y* [*Gronou.*] *uu.* 21—23 *omis. y* [*Regin.* 1] 21 si memini] seminici *ε* uarias *λ* balathrone *γ C F λ′* (*ν a*) balatrone *E ε* (*β′ σ g*) balatrhone *r* 'Balatrones dicuntur derisores, liberiores in loquendo, procatiores abiecto' *schol. Γ* 22 Vbidius *λ opp. Pph.′ Porph.′* quos *Ω′* (*β′ σ* 2 *uar. a r*) *Pph.′ Porf.* quas *ν σ g y Porph.* maecenas *C ε* (*ν l r*) *Pph.′* maecaenas *λ* mecenas *E γ F* (*β′ σ a g*) adduxerit *C y* adduxerat *cett.′ ς′ Pph.′*

Nomentanus erat super ipsum; Porcius infra,
ridiculus totas simul absorbere placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, siquid forte lateret,
indice monstraret digito: nam cetera turba,
nos, inquam, cenamus auis, conchylia, piscis,
longe dissimilem noto celantia sucum;
ut uel continuo patuit, cum passeris atque
ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.
post hoc me docuit melimela rubere minorem
ad lunam delecta: quid hoc intersit, ab ipso
audieris melius. tum Vibidius Balatroni
"nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti;"

TESTIMONIA.

26 cf. Sedul. op. pasch. III 214: 'cetera turba latet, numero nec clauditur ullo' 29. 30 Prisc. XVII, †init. add. in codd. RDI 34 cf. Ioann. Saresber. VIII 8: 'si apud Nasidienum conuiuae con-

---

VARIA LECTIO.

uu. 23 *sq. omis.* λ 1 *add. marg.* λ 2 *inter uu.* 9 *et* 10
23 portius *γ C* porticus *E* 24 simul *E γ λ ψ uar.* (*σ a l* 2 *r*) *schol. γ* semel *C F ε* (*β′ v g l* 1 *et* 1 *Bland.*) absorbere *E γ C F* (*v σ a g l* absorberet *r*) *Pph.′* obsorbere *λ ε* (*β′ et* 2 *Bland.*) 'pro absorbendas' (ad sorbendam *Porph.*) *Porph.′* 25 Nonmentan' *λ* 26 mostrar& *y* [*Lips.*] *opp. Pph.′* monstrare *E* cętera *γ* (*v σ a l et Fran.*) 27 inquam] tamquam *Peerlk.* 'efexegesis' *gloss. γ* caenamus *E γ ε* (*v σ a*) cernam' *C* cenamus *F λ′* (*β′ g r*) gluttimus *Gust. Kruegerus* auis *C F ε* (*v ut uid.*) *y* [*β pr. Lips. Valentian.*] aues *E γ λ′ ψ corr.* (*σ a g r et β corr. Fran.*) conchylia *ε* co^{n}chylia *γ* conchilia *E C F λ′ ς′* $\overset{+\tilde{e}}{\text{piscis}}$ *y* [*Paris.* 8213] pisces *Ω′ ς′* 28 dissimilem noto] dissimili notum *Peerlk. opp. Acr.* cęlantia *φ* succum *λ* (*et Fran.*) secum *F* 1 *post u.* 28 *uersum hunc fere:* 'ingenitos (*uel* natiuos) ignari expulsos arte sapores' *intercidisse putat Doederlinus* 29 atque] assi et *y* [?] *Bentl.* *uu.* 30 *sq.* inuerso ordine habet *y* [*β*] *opp. Priscian.* *u.* 30 *omis. ε opp. Priscian.* 30 Augustata *ψ* 1 *opp. Priscian.* incrustata *Horkelius* porrexerit *E γ C F λ′* (*β′ v g r* 2) *Prisciani cod. R* porrexit *r* 1 *y* [*Dessau.* II *Paris.* 8214] *Prisciani cod. I Marcilius et Horkelius* porrexerat *σ a y Prisciani cod. D Bentl.* 31 melimela] m&im&a *F uar. y* rubera^{e} *φ* 33 balathroni *E γ C φ λ′* (*v a r*) bala^{h}troni *ψ* labatroni *ε* balatroni *β′ σ g* 34 dampnose *β′* damnosi *Peerlk. opp. Ioann. Sar.*

et calices poscit maiores. uertere pallor
tum parochi faciem nil sic metuentis ut acris
potores, uel quod male dicunt liberius uel
feruida quod suptile exurdant uina palatum.
inuertunt Allifanis uinaria tota
Vibidius Balatroque, secutis omnibus; imi
conuiuae lecti nihilum nocuere lagoenis'.
'adfertur squillas inter murena natantis
in patina porrecta. sub hoc erus "haec grauida" inquit
"capta est, deterior post partum carne futura.
his mixtum ius est: oleo, quod prima Venafri
pressit cella; garo de sucis piscis Hiberi;

TESTIMONIA.

ueniant, sordidus displicet apparatus, domus incomposita susurris incrustatur. et auaritia illius, qui tricliniis praeest, conuiuarum irrisoriam prouocat gulam, ut quum Alifanis uinaria tota inuerterint, submurmurent inuicem illud Horatii: nos, nisi damnose bibimus, moriemur inulti' Verg. Aen. II 670: 'numquam omnes hodie moriemur inulti'
39 'inuertunt Alifanis uinaria' glossar. Mai [class. auct. VIII 44]

VARIA LECTIO.

moriemur γ C F λ' ε ς' *Ioann. Saresber.* moriamur E ψ 2 (σ 2) y 'Iñ ferro moriamur et non uindicemur si non multum biberimus' *schol.* Γ
35 poscit Ω' ς' (*et omn. codd. Cruq.*) poscunt y maiores] meliores y [*Valentian. cum aliis*] *opp. schol.* γ 36 parrochi γ nil] nihil ψ *a. ras.* ε (*l r*) sic] sit E ut] & E in ε 'tãquã' *gloss.* γ acris E γ F λ' (*σ corr. a r*) acres C ε ς'

uu. 37—83 *DESVNT in ε; Ω' = E γ C F λ'*

37 potores] Potures C male dicunt Ω' 38 suptile y [*Montepess.*] exurdant Ω' ς exsurdat g exsurdant y 39 alifanis λ *glossar. Mai* alii fanis F 1 *Pph.'* alii lifanis v allifanis *cett.* ς'
40 Vbidius λ *opp. schol.* γ balathro C φ*λ' (v) balat[h]ro ψ balatro E γ ς' imi E 1 γ (*v a g r et Fran.* 1 4 *Bland.*) *schol.* γ *Voss.* imis C F λ' E 2 (*σ et β Fran.* 2) 41 nichilum λ' nocue[r]le λ laconis F 1 lagoenis E γ C ψ 2 (*a*) lagenis φ 2 (*β' σ l r*) logenis λ lagęnis v laguenis g *u.* 42 *omis.* g 42 Adfertur E C (*r et β* 1) Affertur γ F λ' (*v σ a et β* 2 *Fran.*) squ[i]llas ψ y scillas *l* 1 natantis Ω (*β' a r*) y [*Lips. Paris.* 8214] natantes ψ *corr.* (*v σ l*) 43 pacina E 1 erus Ω' ς herus v y heros β' haec] aec λ hec E grauida] gaudia λ *opp. schol.* Γ inquid E C 46 cella] *omis.* E

uino quinquenni, uerum citra mare nato,
dum quoquitur (cocto Chium sic conuenit ut non
hoc magis ullum aliud); pipere albo, non sine aceto
quod Methymnaeam uitio mutauerit uuam.
erucas uiridis, inulas ego primus amaras
monstraui inquoquere; inlutos Curtillus echinos,
ut melius muria quod testa marina remittat".
interea suspensa grauis aulaea ruinas
in patinam fecere, trahentia pulueris atri
quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
nos maius ueriti, postquam nihil esse pericli
sensimus, erigimur; Rufus posito capite, ut si

TESTIMONIA.

47 cf. ecbasis captiui u. 731: 'quinquennis uini sitis est citra mare nati' 49 Prisc. VI 4, 20 (del. rh): 'piper allece non sine aceto' in marg. r: 'hoc magis ulla mali ut [lege: ullum aliut] piper albo non sine aceto' 54—56 Seruius ad Aen. I 697 (non Cassell.) 58 cf. Appulei. IIII 24, 290: 'quidni? quae inter genua sua deposito capite sine modo flebat'

VARIA LECTIO.

47 quinqueni *γ* 48 quoquit[2] *λ y* [*Regin.*] coquitur *cett. ς'* 50 methymneam *γ* (*g*) me thymneā *C* methimneā *F λ'* (*v a r et Fran.*) m&himnaeā *E* metimneam *σ* motauerit *E C* mutauerat *y Aldus opp. cett.' ς'* (*et omn. codd. Cruq.*) *schol. γ* 51 Aerucas *λ φ corr. ψ marg.* Aeerucas *ψ* Erucas *E C* Arulas *uel* Arusas *φ pr. ut uid.* Eruscas *γ* uiridis *E C* (*β'*) *y* [*Valentian.*] uirides *γ F* (*v σ a l* lurides *g*) urides *λ* 52 inquoquere *F λ' y* [*Fran. Gronou.*] incoquere *E γ C ς* 'Quidam sic legunt. Inulas et erucas (erucis *v*) monstraui incoquere (inquo: *Fran.*) inluto in cinere. ut sit Scurtillius (scrutillilus *Fran.*) nomen. Alii inlutos echinos legunt . . .' *schol. Γ* inlutos *Ω' ς'* (*et codd. Bland.*) illutos *σ* inlotos *uel* illotos *y Bentl.* curtilus *λ* cortillus *C* 53 quod *Ω' ς'* quo *y* [*V et Pulmanni cod. H*] quam *y Bentl.* quę *y* [*Regius*] 'deest cum' *gloss. γ Voss.* murina *C* remittat *γ F λ'* (*β' v σ superscr. a r*) remittas *E pr.* remittit *E corr. C* (*σ g et omn. codd. Cruq.*) *Bentl.* 54 grauis *Ω'* (*v a g*) *y* [*Gronou. Lips. Mellic. Regin.* 1 *Valentian.*] *Pph.'* graues *β' σ r Seruius uolg.* aulaea *γ Porph.' Seruius uolg.* aulea *E C F λ' ς' schol. Γ* 55 fęcere *γ* fere (ce superscr.) *C* atris *φ* 1 56 aqulo *ψ* 57 post quā *F* (*l*) nihit *C* *uu.* 59—95 ***DEFICIT l***

filius inmaturus obisset, flere. quis esset
finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum
tolleret: "heu, Fortuna, quis est crudelior in nos
te deus? ut semper gaudes inludere rebus
humanis!". Varius mappa conpescere risum
uix poterat. Balatro suspendens omnia naso,
"haec est condicio uiuendi" aiebat, "eoque
responsura tuo nunquam est par fama labori.
tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
sollicitudine districtum, ne panis adustus,
ne male conditum ius adponatur, ut omnes
praecincti recte pueri comptique ministrent?
adde hos praeterea casus, aulaea ruant si,
ut modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.
sed conuiuatoris uti ducis ingenium res

TESTIMONIA.

64 cf. Hieronym. epist. 85 ad Paulinum 4: 'ne me putes in modum rustici Balatronis cuncta Origenis reprobare quae scripsit' Pers. 1, 118: 'callidus excusso populum suspendere naso' 73—74 'Multorum in-

VARIA LECTIO.

59 inmaturus *γ φ λ* (*β′ ν a r*) inmaturus inmaturus *ψ* īmaturꝰ *σ g* immaturus *C; E n. l.* 60 n̄n̄tanus *λ* 62 inludere *Ω* (*a r*) illudere *ς′* 63 Humanꝰ *λ* uariis *F* 1 mappā *C* c̄pescere *E C* compescere *cett. ς′* 64 balathro *C F λ* (*ν r*) balatro *E* (*β′ σ g*) barathro *γ* (*a*) 65 *inde a u.* 65 ***DEFICIT ν***

Ω = *E γ C F λ; ς′ = aut omnes codd. β′ σ a g r aut horum codd. ea pars, ex quibus non alia lectio notatur; ς = aut omn. codd. σ a g r aut e. q. s.*

haec] Hoc *γ pr.* Hec *γ corr.* condicio *E F* (*σ g*) conditio *γ C λ* (*β′ a r*) 66 nunq *E* numquam *cett. ς′* par] pars *λ a. ras. omis. γ pr.* 67 Ten *C* (*σ*) *y* accipiar] accipier (a supra e) *ψ* 'pascar εὐφρανθῶ' *gloss. γ* torquerier omni] torqueri (torquere *φ*) romani *F uar.* 69 ius] *omis. ψ pr.* adponat (2 supra) *C* apponatur *cett. ς′* 70 Precincti *λ* recte pueri *E F λ* (*β′ σ a r*) recte pueri //// *γ* pueri recte *C* (*g*) comti *ψ* 71 adde] addi *Peerlk.* hos] os (h supra) *λ* p̄terea *E F* pret̄ea *λ* aulea *Ω ς′* ruant] ruunt *y Peerlk.* 73 Set *γ pr.* ducis] dicis *γ pr.* (*r pr.*) *opp. Acr.*

aduersae nudare solent, celare secundae".
Nasidienus ad haec "tibi di quaecumque precaris,
commoda dent; ita uir bonus es conuiuaque comis;"
et soleas poscit. tum in lecto quoque uideres
stridere secreta diuisos aure susurros'.
nullos his mallem ludos spectasse; sed illa
redde age quae deinceps risisti. 'Vibidius dum
quaerit de pueris, num sit quoque fracta lagoena,
quod sibi poscenti non dantur pocula, dumque
ridetur fictis rerum Balatrone secundo,
Nasidiene, redis mutatae frontis, ut arte
emendaturus fortunam; deinde secuti
mazonomo pueri magno discerpta ferentes
membra gruis sparsi sale multo non sine farre,
pinguibus et ficis pastum iecur anseris albi,

TESTIMONIA.

genium — secunde (hoc uerb. om. Nostr.)' Vincent. Bellouac. spec. hist. 69 florileg. Parisin. 8818^{a} Nostrad. 188 74 florileg. Paris. 8069 78 Prisc. X 5, 29 81 sq. cf. ecbasis captiui uu. 986 sq.: 'scrutor raucisona, num sit quoque fracta lagena? quod mihi poscenti non dantur pocula uini' 86—87 Prisc. VI 16, 81: 'discerpta — farre'

VARIA LECTIO.

74 Aduerse *γ* 75 hec *E* tibi] ita *Peerlk.* di] *omis.* *F* 1 *λ* quęcumq; *E C* quecūq; *λ* precaris *γ* (*σ a r*) pcaris *E* (*g*) p̄ceris *C F λ* (*β′ σ superscr.*) *cf. Mart.* VI 87: 'di tibi dent et tu, Caesar, quaecumque mereris' 76 ita] ,ut *Peerlk.* es] *es ψ* & *ψ* 1 es // *φ* est *φ* 1 *y* [*Paris.* 8214] 77 uider^{e}is *λ* 78 diuisos] diu^{is}os *ψ* diuissos *Prisciani cod. L* 80 uibid^{i}us *C* 81 Querit *γ* quoquę *C* f^{r}acta *γ* lagoena *E γ* (*a et Fran.*) lagona *C F λ* laguena *g* lagena *F uar.* (*σ r et β*) 82 dantur *E γ ψ* (*β′ σ* 1 *a r*) *ecb. capt.* dentur *C φ λ* (*σ* 2 *g*) 83 *REDIT ε*

$$\Omega = E\,\gamma\,C\,F\,\lambda\,\varepsilon$$

83 fictis] uictis *E F uar.* balatrone *E γ ε* (*β′ σ a*) *schol. γ* balathrone *F λ* (*r*) abalatrone *C* alatrone *g* 84 Namsidiene *λ* 1 mutate *E ε* motatę *C* *u.* 85 *omis.* ω [*ed. Zarot.*] 86 magni *F* 1
87 gruis] grauis *λ* 1 *opp. Priscian.* 88 pastum *Ω ς′ glossar. Mai* pasti *y* pasto *y* pastae *Gruppeus* albis *ε* 1 *ut uid.* albe *g*

et leporum *auolsos, ut multo suauius, armos,
quam si cum lumbis quis edit. tum pectore adusto
uidimus et merulas poni et sine clune palumbes,
suauis res, si non causas narraret earum et
naturas dominus, quem nos sic fugimus ulti,
ut nihil omnino gustaremus, uelut illis
Canidia adflasset peior serpentibus Afris.

TESTIMONIA.

89—90 'et — edat' Prisc. XVII 7, 47

VARIA LECTIO.

albae *y* [*Bland. codex antiq. et Tons. ap. Cruq.*, *Feae Suecouatic.* 1701 *a* 1. *m.*, *Pulmanni cod. H*] albi *cett.* ς′ album *coni. Gruppeus cf. Mart.* XIII 58, 1: 'aspice, quam tumeat magno iecur ansere maius' 89 leporum] leporis *r pr.* (*et Fran.*) *y* auulsos *E γ C F λ* ς uulsos ε (*et Fran.* 2 *Bland.*) *y* *inde a u.* 90 *DEFICIT β* 90 quis edit] qui sedit ψ *pr.* edit Ω ς edat *y Priscianus* 'pro edat' *gloss. Γ* tum] dum ε cum *E ut uid. C y* adusta ψ 1 *opp. schol. γ* 92 Suauis Ω ς *y* [*Argent.* III *Berol.* 269 *Fran. Gemblac. Gronou. Lips. Mellic. Montepess. Paris.* 7976. 8214 *a* 2. *m. Nostrad.* 184 *Regin. Regius Valentian. cum aliis*] Suaues *y* 94 uelud ε ueluti *y* uelut illis] ueluti si *y* [*Montepess.*] *Bentl.* 95 adflasset *C F λ* ε (*r*) afflasset *E γ* (σ *a g et Fran.*) peior Ω ς peius *Peerlk.* afris *E γ* ε *F uar.* (*a g r et Fran.*) atris *C F λ* (σ *g uar.*) Q · (*om.* λ) HORATII · FLACCI · SERMONV̄ LIBER SECVNDVS (· II · φ λ) EXPLICIT ∴ ∴ (· φ λ) *F λ* ORATII FL · CARMEN SECVLARE EXPLICIT · INCIPIT LIBER EPLA℞ *sic* ε SERMONV̄ LIB̄ · II · EXPLICIT · INCIPIT LIB̄ · I · EPISTOLARV̄ σ FINIT DECIMVS LIBER HORATII FELICITER *a* Sermonum liber hic finem dat uatis orati· *r subscriptione carent E γ C* (*g*)

FASCICVLVS II

Q. HORATI FLACCI

EPISTVLARVM LIBRI II

LIBER DE ARTE POETICA

RECENSVIT

OTTO KELLER

PRAEFATIO

— nonumque prematur in annum
membranis intus positis.

Tandem consilio poetae satis ad uerbum inpleto — uere enim anni ↀDCCCↆXI huius libri fundamenta ac subsidia colligere coepimus — in lucem haec editio prodit, et cum ne tertium quidem uolumen, quo *προλεγόμενα* quae uocant includere in animo habemus, tam celeriter quam ipsi optemus perfectum iri praeuideamus, longiorem addidimus praefationem. ac primum quidem beniuolis lectoribus et nostratibus et exteris, qui tam indulgenter ac benigne uolumen primum exceperunt, gratias maximas agentes, ut et hoc alterum, in quod plus etiam temporis et operae insumpsimus, id quod ex multo maiore codicum numero in hoc secundo uolumine in examen uocatorum et conlatorum apparet, aecum plausum ferat rogamus.

Proximum est ut de codicibus nostris disputemus, quot in primi uoluminis praefatione non enumerati sunt. etenim accesserunt tres quattuorue primarii codices primi optimique generis:

1) *a* = unus ex uetustissimis Horatianis codicibus exeunte saeculo nono uel ineunte decimo partim in membrana rescripta exaratus olim Auenionensis nunc Ambrosianus Mediolani adseruatus et signo O 136 instructus, quem ex eodem exemplo, quo Parisinum 7900[a] iam in primo uolumine receptum, in sermonibus et in maiore parte epistularum et in arte poetica deficientem, et ipsum partim rescriptum ineunteque decimo saeculo exaratum, fluxisse manifestum est. hunc codicem Mediolani ipsi contulimus; de non nullis locis dubiis Cerianius u. cl. bybliothecae Ambrosianae praefectus rogantis nos officiosissime per litteras certiores fecit. quibus locis duo codices *A* et *a* inter se consentiunt, quod quidem fere conuenit ubicumque *A* extat,

codex *a*

codex *A*

liber archetypus *A'* ambo codices siue potius archetypum signo *A'* denotauimus. quem si septimo post Christum n. saeculo adscripserimus haud sane nimis anticum aestimabimus.

codex *D* 2) *D* = codex Argentoratensis nota C VII 7 insignitus codex propter lectiones optimus, saeculo ineunte decimo ni fallimur oriundus, cuius grauissimas lectiones ad carmina pertinentis in primi uoluminis appendice supplementi loco exhibuimus. F. W. Bergmanni u. cl. beniuolentia adiuti domi eum ipsi contulimus. codices *τ* et *r* cum codicibus *τ* (id quod ex uolumine I cognoscere licet) et *r* proxime cognatus est, ita tamen, ut cum *r* minus arte sit cognatus; cumque *D* — carmina si exceperis — nisi in sermonibus et paucissimis epistularum locis plane non extet, in arte poetica autem plane deficiat, *τ* contra in sermonibus et epistulis prorsus deficiat et in sola arte poetica extet, liber archetypus *D'* liber archetypus *D'* construi uix poterat.

codex *E* 3) *E* pars altera codicis ex duobus diuersis quondam libris manu scriptis compositi, saeculi XI, oriundi ex coenobio sancti Emmerammi Ratisbonensi, nunc Monacensis, signati Lat. 14685. quem codicem eadem ratione qua quondam Porphyrionem Monacensem nancti (cf. uol. I praef. p. XIII) domi contulimus. cum hoc libro, cuius lectiones ad modum memorabiles sunt, ad fragmentum *e* uerbum fere consentit fragmentum (*e*) in bybliotheca publica Stutgardiensi adseruatum nil nisi saturae primae uersus sextum ad 117mum complectens saeculi undecimi duodecimiue. signatum est autem nota mss. poet. et phil. 53 (47). Stutgardiae id ipsi contulimus. quibus locis codices inter se consentiunt signo liber archetypus *E'* *E'* comprehendimus. quod siquis hunc librum archetypum saeculo octauo nonoue et Germaniae meridionali adscripserit, uix falletur.

Nec ad alterum codicum genus cuius primarius testis est codex *B* Bernensis uetustissimus saeculi VIII—VIIII (*B*) olim Floriacensis, quem in uolumine II Hermannus Vsenerus Hermannus Hagenius E. Kurtzius in usum nostrum liberalissime contulerunt, defuit nouom subsidium, quod domi conferre licuit. Monacensis enim quem modo laudauimus 14685 duabus partibus prorsus inter se diuersis manibus scriptis constat: illa pars quae signo *E* a nobis notata est, primo ordini adhaeret et cum codicibus *ADγ* cognationis quodam uinculo coniuncta codex *C* est; altera autem quam *C* nuncupauimus mirum quantum cum

codice *B* consentit ita, ut nullo paene negotio utriusque codicis liber archetypus construi et *B′* nota describi potuerit, nisi uariis mendis quae librarii codicum *B* et *C* pro se quisque fecerunt, hoc propositum ut ab usu alienum inprobatum esset. nisi nos omnia fallunt, liber archetypus *B′* qui in artis poeticae uersu 440 defecit, litteris uncialibus in modum noti illius Salmasiani codicis scriptus erat.

liber archetypus *B′*

Ad tertii generis codices principes duo satis uetusti accesserunt hi: 1) conexus cum Parisino *λ* eiusdem aetatis (ineuntis saeculi $\overline{X}$) et oriundus e coenobio Bellouacensi Leidensis codex *l* = Lat. bibl. publ. nr. 28, quem coniuncta Pluygersi et Du Rieui benignitate adiuti, dum in Batauis degimus, domi conferre licuit. hic codex praeter *λ* uetustissimus eorum, qui Mauorti subscriptionem habent, omnino adeo cum *λ* consentit, ut longe plurimis locis duo codices uno signo *λ′* comprehendi potuerint. qui liber *λ′* et ipse Francogallicus octauo fere saeculo tribuendus esse uideatur, cum et *λ* et *l* ineunte decimo saeculo exarati sint. 2) praeterea accepimus librum archetypum ad modum anticum ex concordantibus lectionibus codicum *δ* et *d*. *δ* = codex Harleianus 2725 olim ex libris Ioannis Georgii Graeuii professoris Vltraiectani, saeculi $\overline{VIIII}$ — $\overline{X}$; *d* = codex Harleianus 2688 saeculi $\overline{VIIII}$ — $\overline{X}$. utrumque ipsi in museo Britannico Londinii contulimus ita, ut iam non, quod quidem in uolumine primo fecimus, niti opus esset conlatione illa Broukhusiana (cf. praef. uol. I p. XI), quae minus accurata erat quam desiderabamus. hac autem occasione reuocandum est quod in illa praefatione dictum erat, Broukhusii conlationem non esse eius codicis quem Graeuianum in Horatio a se edito Bentleius nuncupet. immo uero et Bentlei de Graeuiano et Broukhusii de codice ab ipso non nominato narrationes ex uno eodemque fonte deriuantur, idest ex nostro codice *δ* in bybliotheca Londiniensi quam maxima diligentia a nobismet conlato. dubitari sane poterat num eundem Broukhusius et Bentleius codicem enarrantes dicerent; qui cum more sui temporis non ea adhibita diligentia quae nunc nec immerito requiritur codices examinarent, accidit ut modo Bentlei modo Broukhusii culpa non nullis locis minime inter se consentirent. cum codice ut supra diximus alius eiusdem bybliothecae codex ad uerbum consentit. uidetur ex saeculo $\overline{VIIII}$ extremo originem trahere. quod sane

codex *λ*

codex *l*

liber archetypus *λ′*

codex *δ*

codex *d*

liber archetypus δ′

uehementer dolemus, uterque codex adeo mancus est, ut δ′ codex apud Mediomatricos ni fallimur saeculo $\overline{\text{VII}}$ exaratus exceptis lyricis nisi initio sermonum et in epistularum parte restitui non possit. commemorandum est etiam unum ex pretiosissimis huius generis codicibus, qui in uol. I paruo tantum fragmento continebatur, a medio sermonum libro altero usque ad extremam artem poeticam, si lacunas aliquot exceperis, non deesse: dici-

codex ε

mus ε = codicem Einsidlensem (nr. 361), quem a reuerendo patre G a l l o M o r e l i o ut domi conferre possemus rogatu nostro accepimus. praeterea qua est humanitate uir cl. gratissimum nobis fecit quod, dum plagulae typis exscribuntur, interrogatus a nobis compluris locos dubios reuidit.

Ipse, eremitarum in coenobio in Heluetiis nobis quondam commorantibus, ut locos quosdam, de quibus dubitabamus, iterum inspiceremus, narrauit sese uere anni h. s. $\overline{\text{XXXX}}$ in sancti Geroldi monasteriolo Tyrolensium sub monte Arula sito multos libros tegumentis membraneis inscriptis inductos repperisse, omnibusque diligenter resolutis cum alios codices tum Horatianum ε contexuisse. qui codex cum δ′ et *u* optimi tertiae classis libri uidentur esse.

Cum igitur additis pluribus haud spernendis codicibus (*DE′C*) primariorum codicum ubique quasi in aciem eductorum ac suo quorumque loco communi signo Ω comprehensorum numerus adeo auctus esset, ut spati parsimoniae seruiendum esset, π et τ in eorum codicum ordinem redigendos censuimus, qui communi signo ς″ (uel ς′ uel ς) notati non omnibus sed grauioribus tantum locis, at nimis potius quam parum saepe pro-

codices *G* et *V*

ferebantur. codices *G* = Gemblacensis collegii uetustum (=

codex *G*

Pulmanni *G*) et *V* = codicem Blandinium uetustissimum, quia parum accurate conlati sunt et licet omnem operam et studium ad inuestiganda exemplaria contulissemus, reperiri non potuerunt, nec Ω neque ς numero inserere ausi sumus. *V* codicis quidem lectiones, quod a quibusdam multum ponderis eis adfertur, suis quasque locis indicauimus seruata nota *V* quae in

codex Gemblacensis uetustus

primo uolumine adhibita erat. Gemblacensis uero notam *G*, qua in primo uolumine usi eramus, in secundo consulto omisimus et lectiones attulimus rarissimas. neque quos in primo uolumine

codices *αβδϑμϱσghknpsv* (*qr* Argentorat. II)

nota ς comprehendimus codices (uide uol. I pag. 232: *αβδϑμϱσghknpsv* [*qr* Argentorat. II]), eos omnis in uolumine II signo

ς complexi sumus. codicem δ, cuius accuratissima iam non deerat conlatio, in societatem codicum Ω receptum esse supra narrauimus, id quod iam in uolumine primo factum esset, nisi tum temporis intra Broukhusianae conlationis terminos coerciti fuissemus.

codices ϑϱ Argentorat. II codex *k*

ϑ ϱ et Argentoratensis II (C VI 19 saeculi XI) in sermonibus epistulis arte poetica plane desunt. *k* ut qui praeter carmina et epodon partem nil nisi serm. II 6, 114—7, 118 et particulam artis poeticae contineat, neglectus est.

codices *αμ hnpsq* codices *βσg rv* *πτadcl* codex *β*

αμhnpsq ut inferioris aetatis codices exclusi uel in numerum codicum *y* relegati sunt. supererant igitur codices *βσgrv* ad quos accesserunt *πτ* (cum *adcl*). eorum omnium codicum quam diligentissimas comparauimus conlationes. *β* = codex Bernensis 21 olim Bongarsianus saeculi X ut uidetur ineuntis potius quam exeuntis, ut codices *Bψu* monasterio Floriacensi oriundus, in usum uoluminis II ab E. Kurtzio artis grammaticae candidato Bernae conlatus; non nullos locos Hermannus Hagenius ibidem officiosissime iterum examinauit. qua benignitate adiuti tam bonam codicis conlationem accepimus, ut ex codicibus *β* et

codex Franekeranus

Franekerano, quem per SOPHIAM augustam Batauorum reginam intercedentibus Adelberto de Keller et W. de Weckherlin reginae ab epistulis nobis ipsis in Batauis conferre licebat, utriusque codicis liber archetypus *β′* erui posset. Franekeranus nunc Leeuwardensis olim Genauensis saeculo XI uel XII exaratus est*);

liber archetypus *β′*

β′ originalis liber saeculo VIII adsignandus uidetur. ubicumque hic archetypus constitui poterat, semper eum in ordinem codicum ς′ recepimus, quibus autem locis codices inter se discedebant, singulos non codicibus ς, sed eis libris adnumerandos esse duximus, quos nota *y***) comprehensos rarius solebamus proferre.

codices *π* et Lips.

nec aliter codices *π* et Lipsiensem memorauimus. permultis enim locis hi duo codices inter se consentiunt ita, ut has consonantis lectiones una nota *π′* comprehenderimus et, quotienscumque codices ς commemorandi erant, laudauerimus. *π* = codex Parisinus 10310 saeculi X—XI, Lips. = codex Lipsiensis rep. I. 4. 38 (XLI apud Naumannum) saeculi X, quorum illum quidem ipsi Lutetiae descri-

*) aliquot locos Eelco Verwijs doctor doctissimus rogatu nostro benignissime reuidit.

**) de hac nota uide quem infra addidimus indicem compendiorum.

psimus, hunc intercedente B. G. Teubnero bybliopola honestissimo, cui etiam huiusce editionis elegantissime exornatae causa magna gratia habenda est, summo otio domi conferre [liber archetypus π′] nobis licuit. quo facto archetypum librum π′ restituere conabamur saeculo VIII (uel VIII) ni fallimur exaratum nec sane indignum, qui, ubicumque codices ς adhibentur, soleret laudari. [nota ς quid uelit] nota ς igitur singuli codices βπ Franekeranus Lipsiensis num- [nota ς″] quam comprehensi sunt, sed signum ς″ denotat, archetypos libros β′ et π′ lectionis de qua quibusque locis agitur socios [nota ς′] esse, et nota ς′ significat, aut β′ aut π′ (quorum uter denotetur, ubique ex contextu apparet) eandem exhibere lectionem. nec raro singulos codices, qui neque ς′ neque ς signo continentur, siue β siue π, siue Fran. siue Lips., codicibus ς, sed uocula '*et*' ab his separatos adiecimus.

[codices νστ gr] Quos constanter formula ς significauimus codices sunt hi: [codex ν] *νστgr*, ad quos in epistulis et in arte poetica *v* accedit, quem [codex ν] ut minoris preti codicem in sermonibus spreuimus. *ν* = codex Nienburgensis nunc Dessauiensis A saeculi X ineuntis, quem ea ipsa de causa, quod non solum Germanicorum, sed omnino omnium Horatianorum codicum inter uetustissimos est, praetermittere noluimus. nec minoris pretii ea de causa erat, quod si non optimus, at inter optimos Acronis ad sermones et ad artem poeticam est. immo uero etiam lemmata quae dicunt ad sermones et artem poeticam (quae signo Ac. notauimus) ex nulla alia membrana nisi ex eodem *ν* haurire potuimus. quo bono codice ut per otium uti possemus, uiri benignissimi, quorum sub cura imperioque ludi litterarum Wirtembergici sunt, fide sua apud Anhaltinos interposita impetrauerunt.

Quod ad lectiones pertinet codex *ν* satis solitarius est: nec [codex σ] minus codex σ = Sangallensis oppidanus 312 (B I 11) iam in [codex Petropolitanus] uolumine primo adhibitus. cuius proxime affinem Petropolita- [liber archetypus σ′] num inuenimus, ex quo una cum altero liber originalis σ′ construi poterat, nisi de quo infra agemus Petropolitani permulta menda atque inferior aetas id nobis dissuasissent. cum Petropolitanum olim Sangermanensem fuisse satis constet neque Sangallensem fano sancti Galli oriundum esse a Wartmanno bybliothecario certiores facti simus, σ quoque uel etiam σ′ ex Gallia procul dubio originem duxit. in usum uoluminis II codicis σ optimam conlationem Eduardi Woelfflini Vitodurani comi-

tati debemus, cui de beneficiis suis erga nos plurimis gratias hoc loco agimus maximas. ab hoc uiro clarissimo non modo σ codicis, uerum etiam τ = codicis Turicensis Carolini 6 saeculi X conlationem diligentissime confectam uel retractationem nostrae quondam conlationis raptim ac noctu conscriptae accepimus, unde ad fasciculum uoluminis secundi alterum eo maior utilitas redundauit, quod ibi codex *D* libro τ affinis totus ferme defecit. codex τ

g = codicem Gothanum chart. B 61 non ante a. ↀCCCCLXVI scriptum nota quae dicitur aquaria efficitur. quem magni momenti librum pertinentem ad genus secundum (*BC*[*V*]) ceteroqui haud multis testibus comprobatum, qui praeterea Mauortianam subscriptionem exhibet, intercedente patre alterius nostrum nanctis per multum temporis domi conferre nobis licebat. codex *g*

codicem *r* = Parisinum 9345 saeculi XI conlatum a nobis, recognitum a Iosepho Kleinio et Augusto Behaghelio uiris humanissimis, ubicumque ς codices laudantur, in hoc secundo uolumine adhibuimus propter necessitudinem quae ei cum *D* et π′ (π Lips.) intercedit. compensat quidem nobis codicem *D* in fasciculo 2 paene deficientem, nec minus in eodem fasciculo *v* = Parisinum 8213 saeculi XIII in numerum ς codicum recepimus, quod *u* in epistulis prorsus deficientem aliquantum compensat. et *r* et *v* ipsi contulimus. codex *r* codex *v*

Praeter illos codices Ως uel Ω‴ς″ permagnum numerum codicum uel ipsi contulimus uel ab aliis conlatos accepimus, ut

Petropolitanum codici σ proxime affinem, teste Ed. de Muralto apud Orellium Baiterumque X, re uera XIIII saeculi. quod si decimi saeculi fuisset, propter affinitatem cum σ maximi certe fuisset pretii. tempore Gallici regni conuersi ex fano sancti Germani ad Sequanam cum alia praeda Petropolin perlatus est, ubi Augustus Nauckius academiae sodalis epistularum et artis poeticae conlationem confecit diligentissimam confectamque dono nobis dedit. quod eximium erga nos beneficium gratis animis hac occasione contestamur. codex Petropolitanus

Duorum aliorum librorum (Bambergensis et Barcinonensis) a nobismet domi accuratissime conlatorum, cum longe plurimis locis inter se consentirent, librum archetypum indagare poteramus indagatumque nota α′ iam signaueramus: attamen codicibus ς eum inserere propterea ab utilitate alienum uisum est, codices Bambergensis et Barcinonensis liber archetypus α′

quod codex *α* in rebus orthographicis parum tractabilis erat, quippe qui modo *m* modo *n* signo ˜ denotet, ita ut, quotienscumque litterarum *n* uel *m* exemplis occurrentibus codex *α* (Barcinonensis) compendium exhiberet, expressis id uerbis adnotandum esset. cum praeterea utroque codice sine ullo damno carere possimus et Barcinonensis codicis Ritterus satis certam conlationem publici iuris fecerit, in uolumine tertio suo loco, ubi de cognatis utriusque codicis libris disseremus, memorabiliores archetypi libri *α′* lectiones una cum indice eorum locorum, quibus Ritteriana illa codicis *α* conlatio mendosa est, suppleuisse satis

codex Barcinonensis (*α*) habebimus. hic autem codex in uolumine I nota *α*, in uolumine II numquam ea littera, sed Barcinonensis nomine ubique signatus ineunte saeculo XI in Hispania exaratus esse putandus est, nunc in bybliotheca uniuersitatis Halensis extat. liberalitate equitis de Mühler u. cl. Borussorum rei litterariae et scholasticae praefecti et humanitate Theodori Bergkii et Godofredi Bernhardyi factum est, ut liber per duo ferme mensis domi nostrae remaneret, ita ut etiam scholia quae ille continet excerpere et quaecumque commoda uiderentur in usum huius uoluminis conuertere possemus. ex

codex Bambergensis eodem fonte manauit codex Bambergensis nr. K 2. (M IV 7.) exeunte saeculo X ni fallimur in Germania exaratus. olim fuisse dicitur in 'sacramentario Ratoldi Corb. nr. 587', nunc in bybliotheca cath. capituli Bambergensis extat. Hunc librum cuius scholia quoque cum Barcinonensi prorsus consentiunt per longum tempus domi conferre licebat, cum conlegium inlustrissimum eorum qui regi Wirtembergico sunt a rebus scholasticis sponsione se nobis obstrinxisset. uerum enim uero hic liber minime integer est, sed ad modum lacer.

codex Argentoratensis III Argentoratensem III = bybliothecae seminarii euangelici Argentoratensis A IV 195 olim Io. Iac. Gambsii saec. XII—XIII, continentem artem poeticam sermones epistulas Karolus Langius uir de Vegetio maxime omnium meritus qua est ingenua erga nos amicitia in sermonibus descripsit.

codex Basil. I Basil. I = bybliothecae publicae Basiliensis F IV 26 saeculi XIII ex *v* descriptum Friderici Hagenbachi nostri solita comitate et eximia Francisci Dorothei Gerlachi liberalitate domum acceptum contulimus ipsi, licuitque complu-

ribus locis, ubi *v* uel *v*ı parum liquet, ueram codicis huius lectionem eruere ex Basiliensi.

Berolinensis 269 saeculi XIII epistulas artem poeticam sermones continens post Theodorum Apitzium iterum a Karolo Diltheio nostro diligentissime in sermonibus conlatus est. codex Berolinensis 269

Bruxellis in bybliotheca publica Burgundica transcripsimus duo codices, quorum alter erat signatus numeris 10063 et 10064 saeculi XIII continens carmina epodos artem poeticam sermones epistulas, olim collegii societatis Iesu Louaniensis, alter isque maioris pretii signatus numeris 9776 (= carmina), 9777 (= sermones), 9778 (= ars poetica), 9778 bis (= epistulae), saeculi XI cum subscriptione Mauortiana. codex Bruxellensis 10063-10064 codex Bruxellensis 9776-9778

Burneianus 179 olim Askewianus nunc musei Britannici plut. CLXII F, saeculi XIII exeuntis, continens carmina carmen saec. epodos art. poet. sermones epistulas, in sermonibus conlatus a nobis. codex Burneianus 179

Gronouianus = Leidensis Gronouii F. 15 saeculi XII—XIII. contulimus ipsi. codex Gronouianus

codices Harleiani 2724 in museo Britannico plut. LI B. saeculi XII med., 3534 in museo Britannico plut. LXIII G. saeculi XII exeuntis, 3754. 4862. contulimus ipsi. codices Harleiani 2724. 3534 3754. 4862

Mellic. = codex saeculi XI e Francogallia (per Gersonum?) in bybliothecam Benedictinorum Mellicensium quondam transportatus. huius codicis ad familiam *A'Eγ* pertinentis Wilhelmus Hartelius Vindobonensis clarus Cypriani editor, cum per humanissimum doctissimumque abbatem Mellicensem librum in urbem licuisset transferri, conlationem fecit quam maxime accuratam nobisque amoris causa dono dedit. quo libro cum ad eruendam archetypi primae classis formam interdum non possimus carere, permultis locis inter codices *y* eius lectiones attulimus nec paucas postea in uolumine III, ubi de archetypo classis I agetur, trademus. in margine cuiusdam folii haec repperimus uerba: 'Iste liber redintegrat' est ab odelrico. cui' et erat'. codex Mellicensis

Montepessulanus bybliothecae scholae medicae nr. 425 olim Pithoeanus, ex libris collegii oratorii Trecensis, a nobismet conlatus et quibusdam locis dubiis a Karolo Diltheio amicissimo iterum inspectus, saeculi XII. hic codex mirum in modum permultas lectiones exhibet singularis nec paucas res orthographicas codex Montepessulanus = μ

memoriae prodidit quae haud spernenda uideantur. ceterum cf. uol. I praefat. p. XI.

codex Nostradam. = *n*

de Nostradamensi = *n* uol. I (nr. 184 saec. XI), Pulmanni *B*, item cf. ibidem p. XII.

codex Paris. 7976 = *h*
codex Paris. 8216 = *q*
codex Parisin. 10403 = *k*

item de Parisinis 7976 = *h*
\- - - 8216 = *q*
\- - - 10403 = *k* cf. eandem illam praefationem.

codex Parisin. 7977

Parisinus 7977 = Bentlei Colbertinus, olim magistri Nicolai de Clamengiis, saeculi XIII—XIIII, hic illic a nobis inspectus.

codex Parisin. 8219

Parisinum 8219 saeculi XIII—XIIII olim L. de Targny, deficientem a serm. I 9, 18 — II 8, 95 et in epistulis et a. p., contulimus ipsi.

codex Parisinus 10401

Parisinum 10401 = fragmentum continens serm. I 9, 47 — II 3, 317, saec. XIII, contulimus ipsi.

codex Reginensis

Reginensis = olim Ioannis Luidi, nunc collegii Reginensis Oxoniensis; Maximiliani Mülleri doctissimi humanissimique illius nostratis opera factum est ut in camera Radcliuiana a nobis posset describi. uix quemquam fugiet, hunc quoque librum iam a Bentleio saepissime memoratum in eorum numero esse ubi subscriptio inueniatur Mauortiana.

codex Regius

Regius = Regius Bentlei, codex bybliothecae regiae sancti Iacobi nr. 15 B. VII. P. 240 nunc musei Britannici saec. XIII; Mediomatricis eum quondam fuisse apparet ex hac adnotatione: 'Librū istū emi Methis a Mgīo Iacobo Alamano'. continet artem poeticam sermones epistulas. sermones contulimus ipsi.

codex Sorbonensis = *s*

de Sorbonensi 1578 = *s* uol. primi uide praefat. uol. I p. XII.

codex Taurinensis

Taurinensis nr. I. VI 2 siue K. I 7 subscriptione Mauortiana insignis minorem tantum partem saeculo XI, ceterum et recentiore aeuo conscriptus et parui pretii: ea parte quae XI saeculo orta est continentur epodoe et ars poetica et sermonum initium. contulimus codicem Augustae Taurinorum et Gorresi praefecti bybliothecae et Peyroni bybliothecarii liberalitate eximia adiuti.

codices Valentiani 390

Valentianus siue Valentianus I = nr. 390 fano sancti Amandi oriundus, saec. XI, a nobismet conlatus. huius codicis in rebus orthographicis non nusquam memorandi nil nisi apographum est

Valentianus II = nr. 391 saeculi XIII. 391

Vindobonensis signatus nr. CCCLIX saeculi XII parui momenti codex. continet epistularum librum secundum; in nostrum usum transcripsit Wilhelmus Hartelius uniuersitatis Vindobonensis professor. codex Vindobonensis

Vossianus noster = Vossianus Bentlei, bybliothecae Leidensis nr. 21, olim Isaaci Vossii, conlatus a nobis. hunc librum saeculi XII, olim sancti Symphoriani Mediomatricensis, plerisque congruis lectionibus ex δ′ fluxisse haud dubie efficitur: ceterum ex duabus partibus inter se diuersis conglutinatus est. codex Vossianus

Zulichemianus noster = Zulichemianus Bentlei, bybliothecae Leidensis nr. 127 A ex bybliotheca Hulsiana = Cruquii codex Diuaei siue Carrionis, saeculi XII, conlatus a nobis. codex Zulichemianus

Iam uero paucis recenseamus florilegia, scholia aliosque commentarios antiquos, quos in apparatu huiusce uoluminis adhibuimus. usi igitur sumus: florilegia

florilegio Parisino 8069 saeculi XI, olim Iacobi Augusti Thuani. Parisinum 8069

florilegio Parisino 8818[a], olim Baluziano, saeculi XV. Parisinum 8818

quae ambo contulimus ipsi; tertium florilegium amplissimum, Nostradamense 188 saeculi XIII magna diligentia transcripserunt nobis Heinricus Michelantius bybliothecarius Caesarianus et Heinricus Nolteus amicissimus, quorum hic non ea tantum opera, sed etiam, quod omnis paene codices nostros Parisinos multis locis dubiis relegit itaque conlationes nostras emendauit, mirifice de Horatio nostro est meritus. idem in Belgis Blandinios Gemblacensemque summopere inuestigauit, sed frustra. Nostradamense 188

florilegium Cusanum C 14 saeculi XII editum est a Ios. Kleinio in libro quem inscripsit: ‘über eine Handschrift des Nicolaus von Cues,’ Berol. 1866 non nullos locos Horatianos exhibet, partim ex lemmatis Porphyrionanis partim ex ipso textu Horatiano citatos. Cusanum

florilegium Basiliense F IV 38 edidit Wilh. Wackernagelius in Hauptii antiquit. Germanic. annal. VIIII p. 162—174. florilegium Basiliense

nec magis uolgata illa florilegia Vincenti Bellouacensis et Hildeberti in testimoniis colligendis praeteriuimus: quamquam ad modum uilia sunt ac mendis referta. Vincentius Bellouacensis Hildebertus

Seruius de testimoniis ex Seruio Vergili commentatore sumptis ad hoc uolumen non minus ualet illud, quod in primi uoluminis praefatione dicturi eramus, grauioris quidem momenti locis Thilonem a nobis consultum absque eo, qua solet liberalitate, responsum esse. praeterea nobis uti licuit Hermanni Hageni noua bonaque scholiorum Bernensium, quot ad bucolica atque georgica pertinent, editione [Lips. 1867 in supplementis annalium philologicorum IIII p. 669—1008].

Omnino quaecumque libros usque ad XIIII saeculi initium scriptos perscrutando inuestigauimus testimonia Horatiana, ea excerpsimus typisque mandauimus. illud quoque hic gratis animis commemorare nos decet, quod Iosepho Kleinio nostro aliquot testimonia ex Isidori codicibus Parisinis petita debemus et Heinrico Keilio, nostrorum operum fautori clarissimo, de non nullis locis, qui apud grammaticos tunc nondum editos laudati erant, certiores facti sumus.

SCHOLIA Multo pluris uero ea subsidia aestimanda sunt, quae ex scholiis tractatibusque Horatianis petuntur. quam ob rem has conlationes aut fecimus aut comparauimus:

1) ad restituendum Porphyrionem, quem aetate superiorem codex Pph. Porph. Pseudoacrone esse demonstrauimus in philologorum Bonnensium symbolis p. 489—501, non Monacensem solum codicem saeculi VIIII—X signatum nr. Lat. 181 (cf. uol. I praef. p. XIII) codex Pf. Porf. contulimus recognouimusque ipsi, uerum etiam Wolfenbuttelanum codicem saeculi XIIII signatum nr. Lat. 85 Gudianum: quem librum suffragante Christophoro Doellio u. cl. commodissime nobis miserat Bartelsius bybliothecae ducalis secretarius humanissimus idemque litteratissimus. ex his duobus libris manu scriptis construximus archetypi amborum lectiones significaui- liber archetypus Pph.' Porph.' musque *Porph.'* et *Pph.'*; *Porph.'* = interpretationes Monacensis et Wolfenbuttelani inter se congruentes; *Pph.'* = lemmata Monacensis et Wolfenbuttelani inter se congruentia. ubicumque uero Monacensis et Wolfenbuttelanus inter se discrepant, ibi Monacensis interpretationes significauimus *Porph.*, lemmata *Pph.*, Wolfenbuttelani interpretationes *Porf.*, lemmata *Pf.*

2) ea scholia, quae uolgo Acronis siue Pseudoacronis feruntur, diuisimus in haec tria genera:

codex Ac. Acr. *Ac. Acr.* = scholia marginalia siue interpretationes codicis

v, eiusdem generis quas ad uol. I praebuerat codex *A*, cum lemmatis; *Ac.* = lemmata, *Acr.* = interpretationes. haec scholia nisi in sermonibus et arte poetica, exceptis eis locis ubi forte deficit *v*, certo erui non poterant, quod sane dolendum est, quia in Acronianorum quae dicuntur numero et maximae aetatis et maximi preti sunt.

Reliqua scholia marginalia comprehendimus titulo *schol. Γ*, cum non solitaria in singulis tantum reperirentur codicibus, sed compluribus libris, cum aliis tum *γ*, congruenter continerentur. haec scholia, in epistulis potissimum, ubi deficit *Acr.*, haud spernenda non sine multo labore excerpsimus e codicibus *γEr* Bambergensi Barcinonensi (*α'*) Franekerano, partim etiam ex Einsidlensi aliisque. **schol. *Γ***

gloss. Γ significauimus ea scholia interlinearia quae non tantum in codice *γ*, sed etiam in aliis ut in *Ea* Bambergensi Barcinonensi (*α'*) extant et e communi uetustoque fonte quondam fluxisse putanda sunt. **gloss. *Γ***

tractatum Vindobonensem de arte poetica, signatum nr. CXLV, saeculi $\overline{\text{X}}$, H a r t e l i u s amicissimus, quamuis magna opera fuerit inpendenda, tamen rogantibus nobis describere et accuratissime reuidere non recusauit. est autem paraphrasis quam dicunt illorum scholiorum, quae *Acr.* notauimus. **tractatus Vindobonensis**

denique compluribus locis sermonum scholia interlinearia siue gloss. codicum *DFδ'*, quae item ut gloss. *Γ* ex uno communi quasi riuo, quamquam parum bono, manasse manifestum est. **gloss. *DFδ***

Codices igitur, qui famosam illam Vettii Agorii Mauortii subscriptionem epodon libro subiectam exhibent, hi sunt septem: *λ'*(*λl*)*g* Bruxellensis 9776 Parisinus *q* = 8216 Reginensis Taurinensis. id uero nemo certe infitias ibit, unum quemque nostrarum familiarum codicem archetypum multo antiquiorem ducendum esse Mauortio, quem anno DXXVII p. Chr. consulem fuisse scimus. itaque non audiendi sunt ii, qui Horatium ita edi censeant oportere, ut Mauortiana potissimum stemus recensione. immo nec usquam Mauorti singularis lectiones uel emendationes, qualem habes epist. I 1, 69 'optat' pro 'aptat', aliis propterea, quod a Mauortio originem trahant, anteponendas esse censuimus nec Mauortianam recensionem studuimus euincere, sed eam restituere maluimus recensionem, quam antiquissimus archetypus **recensio Mauortiana**

trium illorum quos modo diximus singularum familiarum olim exhibuisse uideatur.

recensio nostra

Ergo, quod recipiendarum siue receptarum lectionum rationem attinet, princeps nostra sententia sicut in uol. I etiam in hoc libro ea fuit, ut primae classis lectiones fere putaremus optimas easdemque plerisque locis sequeremur: sunt autem ii codices *A′* (*Aa*) *DE′* (*Ee*) γ et in subsidiis Mellicensis Parisinus *p* = 8214 τ *r*. ubicumque uero utraque alia classis, et secunda et tertia, in lectione a prima classe diuersa congruebant, ibi hanc lectionem illi singulari praeponere solebamus in primae classis archetypo mendum fuisse suspicantes. itaque in artis poeticae u. 360 non primae classis lectionem 'opere in longo', sed alteram 'operi longo' cum omnibus ferme editoribus in textum recepimus, primariae uidelicet classis istam lectionem nil esse rati nisi grammatici cuiusdam emendationem prorsus damnandam. eius modi autem emendationes grammaticae, quae plerumque perfacile possint dispici, hic illic reperiuntur in optimis primae classis codicibus. nec quisquam sane crimini nobis tribuet, quod non, in huius classis uerba iurare addicti, temere etiam per uiarum errores eius signa secuti sumus, sed maluimus omni id genus casu grammaticis primae classis correcturis anteponere 'lectionem difficiliorem' ceteris duabus classibus congruenter suppeditatam.

Tertiae classis idest librorum *F* ($\varphi\psi$) λ' (λl) δ' (δd) $\varepsilon u v \beta'$ (β *Fran.*) π' (π *Lips.*) lectiones singulares originem duxisse uideantur e communi recensione antiquitus quidem, sed deteriorum codicum ope facta. itaque ut taceamus de multis locis quibus haec ipsa familia, quae antiquissimae utique originis est, lectiones orthographicam si respexeris bonas exhibet, proprium idemque uerum quicquam uix bis terue reperies.

Vt autem tertiae familiae lectiones omnis promiscue defendere et tamquam ab ipso poeta profectas commendare nemini in mentem ueniet, ita magis econtra in aestimanda classe secunda, quae continetur codicibus *BC*(*g*) — *V* — et ex parte etiam codicibus (*A′*) *E′* λ, in discrimen uocamur, quippe quorum cum alii, tum *V* et *g* multos lectionum suarum et laudatores et defensores inuenerint acerrimos. quin exstiterunt grammatici qui, nisi codicibus *g* et *V* optemperaretur, probe ac sincere

Horatium edi posse negarent eaque lege textum construerent. atqui tam incerto et ex parte tantum perfecte codicis *V* lectiones traditae nobis sunt, ut tuto inniti iis nullo pacto possimus (cf. quae alter nostrum de Cruquii suspecta fide mus. Rhen. n. s. XVIII p. 281—283. disputauit et Karolo Zangemeistero rescripsit XVIIII p. 634—637.); *g* uero adeo infimae aetatis est, ut, siquis, id quod nuperrime accidit, codices quales sunt *A′D′E′Fλ′δ′* septenis octonisue saeculis antiquiores temere seponat et ex meris codicis *g* mendis audacissimas repetat coniecturas, multam ea res habeat dubitationem. *g* igitur posterioris aetatis et multis tertiae familiae lectionibus corruptus est, *V* ni fallimur (cf. quae de uar. lect. d'est Cruquius attulit *)) non ad modum anticus, certe non satis certo a Cruquio nobis traditus idemque tertii generis lectionibus quamuis minus quam *g* contaminatus est. *B* et *C* mancissimi sunt, ut qui e. g. in epistulis prorsus deficiant. attamen secundae familiae lectiones paene ab initio usque ad finem componere licet. sed qui altius rem inquiret, quod in primi uoluminis praefatione uernacule conscripta (uid. mus. Rhen. XVIII 211—227) huius classis fontem esse recensionem ope unius ni fallimur boni libri ab audace quidem nec uero inprudenti emendatore confectam diximus, id de sermonibus quoque epistulis arte poetica uere dictum esse inueniet., hunc autem emendatorem (cf. Acr. in apparatu nostro critico ad art. poet. 345) unum solum librum ante oculos habuisse inde conclusimus, quod uar. lect. serm. I 6, 126 campum lusumque trigonem uix aliter intellegi potest, quam ex ea ipsa ratione, quod in uno quem manibus tractauit libro uera uerba legi non poterant, qua de re cf. uersus Iuuenalis s. 7, 226 sq.: 'quot stabant pueri, cum totus decolor esset Flaccus et haereret nigro fuligo Maroni,' nec inmerito, quod compluribus ueterum scriptorum codicibus accidisse constat, marginem exemplaris non integrum fuisse suspiceris. ita uarias lectiones in primis et extremis uerbis occurrentis facillime explicaueris ut: Dulcis — Iugis epist. I 15, 16. Praesectum — Perfectum art. poet. 294. opimis — honestis epist. II 2, 32. nec hic quidem famosus

*) ad epist. I 12, 24 pag. 556 ed. 1578: 'uerbū, deest, quod in antiquiss. cod. Blan. syncopatum legitur, d'est, cum apostropho supra d litteram.'

ille trigo praetereundus est. nec facere possumus quin epist. II 1, 167 uar. lect. 'in scriptis' interpretemur inde, quod primariae lectionis 'inscite' nil nisi dimidia pars ab emendatore illo potuerit legi. at duobus certe artis poeticae locis rectissimas haec classis exhibet lectiones: u. 237 'et audax' pro altera lectione 'an audax' et u. 371 'nec scit' pro 'nescit'; unde fit, ut quaestionem non effugiamus, utrum emendationes habeamus, an ueras boni libri archetypi lectiones. sed felicis cuiusdam grammatici emendationes esse posse facile concedes, nisi ad coniciendas uoces 'nec scit' ex 'nescit' singulari emendandi arte opus esse contenderis. ceterum hanc quidem quaestionem mox ita solutum iri speramus, ut res plane liqueat. tris igitur illas codicum Horatianorum classes inter se diuersas hoc modo natas esse putandum est, ut ex uno eoque bono fonte fluxerint genus I et II, illa prima autem scribarum mendis et grammaticorum coniecturis facillime perspicuis laboret, alterius uero classis archetypus ex uno codice a docto emendatore confectus inde potissimam labem traxerit, quod, cum eius scriptura non nusquam euanuisset, ille de suo ingenio addiderit coniecturas, tertia denique classis ex archetypo prauo et mendorum emendationumque per leuitatem factarum pleno manauerit eademque postea propriis monachorum commentis plus in dies ceperit detrimenti. itaque iis, qui ut nosmet ueras communis archetypi libri lectiones perscrutari uolent, repellendi erunt primo optimae classis errores et inmutationes, deinde secundae classis non grammaticae sed rhetoricae uel poeticae emendationes haud sine diligentia excogitatae, tertio plurima monachorum menda ineptiaeque quae in deterrima classe reperiuntur. hoc si feceris, formam archetypi Horatiani inuenies, libri primo fortasse post Christum saeculo adscribendi paucisque mendis deprauati.

Quam ob rem nisi rarissimis locis non recepimus coniecturas, sperantes fore ut magis magisque eorum sententia comprobetur, qui Horatium poetam, si cum ceteris comparaueris, prope integrum posteritati proditum nec dignum esse dicant qui commentis et coniecturis uexetur, siquidem omnium nostrorum codicum archetypus iam ipsis primorum Caesarum temporibus conscriptus est. quanto magis sane in plerisque ueteribus scriptoribus, ut in Liuio Tacito Graecis, destituti sumus libris bonis isdemque antiquis! quam aliter hi ad nostram memoriam perue-

nerunt! et quando tandem finis erit in unam omnia quasi copulam conicienda et in Horati carmina coniecturis oneranda acuminis uires profundendi, quod ad sexcentos alios scriptores restituendos longe utilius et exoptatius est! ceterum quoniam exercitationum quales in philologicis quae dicunt seminariis fieri solent, quibus inter gratissimos et ad discendum utilissimos poetas Horatius semper erit, maximam habebamus rationem, ex ingenti coniecturarum copia uel silua quas Bentleius Heinsii Burmannus, nuper Gruppeus Lehrsius Ribbeckius alii ad acuendum ingenium excogitauerunt magnum, quantum in nobis fuit, numerum congessimus. ne igitur proxime factas uel omnis uel aequaliter laudatas quaerat, lectorem beniuolum monitum uelimus.

Restat ut iis omnibus, quorum in hac ipsa praefatione et in altera mentio facta est, ut in primis Hartelio Woelfflino Nauckio Nolteo Vsenero Hagenio Kurtzio, et quicumque aut consilio aut re operi nostro adiumenta attulerunt ac subsidia, gratias agamus quam maximas. deinde gratiam praedicamus iis uiris honestissimis, qui 'candidi iudices' bene sese de hoc libro existimare uel in actis diurnis uel in libris suis plane et ingenue sunt professi: qua re fortasse factum est, ut studia nostra iterum iterumque accenderentur nec longi difficilisque laboris taedio succumberemus. tertio triumuiris illis ingenio doctrina docendique facultate praestantissimis RITSCHELIO KAYSERO TEVFFELIO, qui, quo simul pietas nostra erga praeceptores significaretur, ut ipsis tris primis huius libri partes dedicaremus, benigne permiserunt, ingentis agimus grates. eos autem, qui hunc librum tractabunt, oramus, ut id quidem persuasum habeant, diligentiae nos semper operam dedisse, nec ut fit eam ob causam, quod semel quid diximus, pertinaciter in errore manere quam fateri maluisse, nos interdum falsos esse. qui uero temere hunc librum damnare uoluerit, ipse talem siue tanti laboris inpensaeque librum conficiat, deinde de utroque iudicetur.

In orthographicis denique rebus eandem rationem institutionemque conseruauimus quam in uolumine I, ita quidem ut, quam maxime poteramus, libri archetypi uel ipsius Horati effingeremus scripturas, nec inuenimus quae refragarentur legibus a nobis [mus. Rhen. XXI p. 241 sqq.] statutis de accusatiuo res orthographica.

plurali in *is* finiente et de ablatiuo singulari desinente in *e*. nec usquam igitur apud aeui Augustani poetas comparatiuus reperitur ablatiuo singulari desinens in *i* [p. 243] et omnia adiectiua, participia, numeralia, quae aut usitate aut semper genetiuo plurali habent *ium*, exceptis adiectiuis in *x* desinentibus, accusatiuo plurali semper in *is* finiunt. sed hac de re uberius in uolumine III disputabitur.

Q. HORATI FLACCI

EPISTVLARVM

LIBER PRIMVS

I

Prima dicte mihi, summa dicende camena,

TESTIMONIA.

I 1. 1 Seruius ad eclog. 8, 11

VARIA LECTIO.

I 1. *Ω''' = A' (A a) E γ F λ' (λ l) δ' (δ d) ε; ς'' = aut omnes codd. β' (β Fran.) v π' (π Lips.) σ g r v (a d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. v σ g r v (a d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

INCIPIT EPISTOLARVM LIBER (*om. A*) PRIMVS (*om. A δ'*) *A' δ'* INCIP · EP ISTOLARVM || LIBER PRIMVS AD IVLIVM FLORVM *γ* (*cons. a 2 in marg.*) INCIPIT · EPISTOLARŪ · LIBER · PRIM'· *φ* Q. HOR FLACCI CARM EPISTOLAR INCIPIT · LIB · I *ψ* (*cons. l*) CARM EPISTOLAR INCIPIT · LIB · I · *λ* INCIPIT LIBER EPLAR · *ε* SERMONŪ LIB · II · EXPLICIT · INCIPIT LIB · I · EPISTOLARŪ *σ* (*cons. Fran.*) Q · HORATII · FLACCI · CARMEM SECVLARE EXPLICITUR · || HINC LIBRI EPISTOLARUM ORDIUNTUR · QUORŪ PRIMUS HIC INCIPIT *r* QUINTI · HORATII FLACCI LIBER PRIM' INCIPIT *v* *inscriptione carent E* 1 (*v g et β*) INCIP · EPISTULARUM LIB · II · *Porph. in A' E γ F λ' δ' ς'' epistulae post carmen saec. leguntur, in ε (σ g) Porph.' post sermones, in v y* [*Montepessul. Nostradam. Parisin.* 8216 *Sorbonens.*] *post artem poeticam* 'Flacci epistularum libri titulo tantum dissimiles a sermonum sunt; nam et metrum et materia uerborum et communis adsumptio eadem est. quos operis sui ultimos esse ipse testatur Maecenati, cum dicit finire se operam uelle et philosophiae malle inseruire' *Porph.'* 'Epistolarum libri tantum nomine dissimiles a libris sermonum sunt. nam et metrum et materia uerborum et communis assumptio eadem est. hoc solum distare uidentur, quod hic quasi ad absentes loqui uidetur, ibi autem ad p̄sentes loquitur. et hii ultimi sunt sui operis libri, licet scriptorum uitio in multis codicibus locum sermonum occupauerint' *schol. γ cons. schol. F* *Inscriptionem editionum:* 'ad Maecenatem' *non exhibent Ω''' ς''* 1 dicendi *A*

spectatum satis et donatum iam rude quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo:
non eadem est aetas, non mens. Veianius armis
Herculis ad postem fixis latet abditus agro,
ne populum extrema totiens exoret harena.
est mihi purgatam crebro qui personet aurem
'solue senescentem mature sanus *ecum, ne
peccet ad extremum ridendus et ilia ducat'.
nunc itaque et uersus et cetera ludicra pono:
quid uerum atque decens curo et rogo et omnis in hoc sum;
condo et compono quae mox depromere possim.
ac ne forte roges quo me duce, quo lare tuter:
nullius addictus iurare in uerba magistri,
quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
nunc agilis fio et mersor ciuilibus undis,

TESTIMONIA.

2—9 imitatus est Ouidius trist. IIII 8, 19 sqq.: 'ne cadat et multas palmas inhonestet adeptus, languidus in pratis gramina carpit equus. miles ut emeritis non est satis utilis annis, ponit ad antiquos, quae tulit arma, Lares. sic igitur, tarda uires minuente senecta, me quoque donari iam rude tempus erat' 3 cf. 'antiquo iterum ludo inclusus . . .' Magistri Conradi canonici Thuricensis fabularius, nou. mus. Heluet. V p. 40 4 sq. 'Veianius — fixis' Seruius ad Aen. I 248 8 sq. 11 florileg. Nostradam. 12 schol. Veronens. Vergil. eclog. 6, 7 p. 73 K.

VARIA LECTIO.

uu. 2—6 *desunt in* ε 2 queris *A γ λ* 3 Mecenas *γ F* Micenas *λ* includere *Ω'' δ* 2 *aut corr.* ς (*β' cons. π'*) *schol. Γ* inducere *ν et fort. δ* 1 *aut pr.* (*recte d*) reddere *y defic.* ε 4 Non aetas eadem non mens *y sed uide imit. Calpurn. ecl.* 4, 30: 'non eadem nobis sunt tempora, non deus idem' ęadē *A* 5 abditus] additus *y u.* 6 *paene omnis deest in* ε 6 Nec *E* totiens *A' E F λ' δ'* (*ν r v*) tociens *γ* (*β' σ g*) exoret *A' E γ φ p. ras. ψ uar. λ corr.* ς'' *schol. Γ* exornet *F λ' δ' pr.* (*et* 2 *Bland.*) harena *E* (*β' ν σ g*) *schol. Γ* aræna *A*, ε *non liquet;* arena *γ F λ' δ'* (*π' a r v*)
8 aequum *δ a. ras.* ε equum *cett.'' florileg. Nostradam.*
10 itaque] utique *y* cętera *γ F δ'* 12 Conde *A* compono *A' γ F δ'* ς'' conpono *E λ* (*ν r*) 14 addictus *F λ' δ'* ε (*sed in λ* addi *in ras.*) ς'' *Porph.' schol. Γ* adductus *A' E γ δ'* 2 (*r*) *gloss. Γ cf. Quintilian. instit.* III 1, 22: 'neque enim me cuiusquam sectae uelut quadam superstitione imbutus addixi' 15 cunq; *E* (*v*) cumque *cett.'''*
16 mersor *Ω''' ς''* (*et omn. Bland.*) *Pph.' Porph.' schol.* ε

uirtutis uerae custos rigidusque satelles,
nunc in Aristippi furtim praecepta relabor
et mihi res, non me rebus subiungere conor.
ut nox longa quibus mentitur amica, diesque
longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
pupillis, quos dura premit custodia matrum,
sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora quae spem
consiliumque morantur agendi nauiter id quod
aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque,
aeque neclectum pueris senibusque nocebit.

TESTIMONIA.

17 Willelmus, uita s. Thomae [ap. Giles. I 307] imit. anonymus auctor satirae de lite u. 118: 'si iudex custos rigidus legisque magister' apud Barth. aduersar. 7, 18 19—21 florileg. Nostradam. 19 Porph.′ ad epist. I 10, 40 Hildebertus moral. philos. 991 23 sq. floril. Nostr. 24—26 'id — nocebit' Io. Victor. VI 6, 429 26 floril. Nostr.; cf. ecbasis captiu. u. 1175: 'aeque neglectum pueris senibusue nociuum'

VARIA LECTIO.

uersor *y ω cf. Catull.* 68, 13: 'accipe quis merser fortunae fluctibus ipse'; 'uersor' *inrepsit ex schol. Γ:* 'parumper in his uersari uolo' *u.* 17 *ante u.* 11 *ponit Hitzigius inserto* 'et' *post u.* 10 *schol. u.* 18 *ante schol. u.* 17 *exhibet Porph.′* 17 uerae *E F δ ε* (*ν σ a l*) uere *γ λ* (*β′ d g r v*) ueri *A* satellis *F λ′ δ′* (*π′ r pr.*) *u.* 19 *ante u.* 18 *pon. Sanadonus* 18 precepta *A* 19 *aut cum Dobraeo* non *in* nunc *corrigendum aut u.* 19 *ante uu.* 18. 17 *inserendum esse statuit Meinekius praef.* XXXIII *opp. Ritter. ann. phil. et paed.* LXXVI 246 *sq.* et] ac *Porph.′ ad epist.* I 10 non] et *Gruppeus opp. Porph.′ ad epist.* I 10, 40 *florileg. Nostradam. Hildebert.* subiungere *Ω‴ ς″* (*et omn. codd. Cruquii*) *florileg. Nostradam.* supponere *y* submittere *y ω Hildebertus* 21 Longa *Ω‴* (*defic.* ε) *ς″ Porph.′ florileg. Nostradam.* Lenta *y* [1 *cod. Barthii suspectissimus*, *non Bamberg. quod contenderat Iaeckius*] *prob. Bentl. sed cf. Senec. dialog.* X *de breuit. uitae* 16, 2: 'quod saepe illis longus uidetur dies' *Auson. de inconexis u.* 10 *p.* 198 *Bip.:* 'longa dies operosa uiro, sed temperies nox' piger *ε* p^{g}ier *A* 22 patrum *coni. Bellus sed cf. Senec. consolat. ad Marciam* 24: 'pupillus relictus sub tutoris cura usque ad decimum quartum annum fuit, sub matris tutela semper' *uu.* 23—26 *desunt ε* 32 temporaq. uespem *A* tempor*a δ* 24 nauiter *Ω‴* (*defic.* ε) *ς″* gnauiter *v y florileg. Nostradam. in v ut forma notabilior adscriptum est:* NAVITER. *u.* 25 *omis. δ′1 aut pr. y et florileg. Nostradam.; post u.* 26 *exhibent r y* [*Lips.* 1] 25 Aequē . . . æquem *A* aequę *δ′* 26 Aequę *δ* neclectum *A′ γ* (*d*) neglectum *cett.′*

restat ut his ego me ipse regam solerque elementis.
non possis oculo quantum contendere Lynceus;
non tamen idcirco contemnas lippus inungui:
nec, quia desperes inuicti membra Glyconis,
nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
est quadam prodire tenus, si non datur ultra.
feruet auaritia miseroque cupidine pectus:
sunt uerba et uoces quibus hunc lenire dolorem

TESTIMONIA.

28 schol. Vossian. Lucan. VI 672 florileg. Nostradam. uu. 30—63 florilegium Nostradamense 32 Alcuinus de diuinis officiis lib. c. 18 p. 1190ᵃ 33 cf. Columbanus ad Hunaldum u. 7: 'ardet auaritia caecaque cupidine pectus' idemque ad Sethum u. 45:

VARIA LECTIO.

(defic. ε) florileg. Nostradam. senibus puerisq; *v opp. florileg. Nostradam.* senib;quę *λ* *uu.* 27—43 *partes finales desunt in ε*

27 rogam *A* 28 oculos *λ pr.* (*v* 1) *y Pf. Bentl.* **idemque coniectauerat** *Passeratius* oculo *cett.*″ ς″ (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph. schol. Lucan. florileg. Nostradam. Nestor Nouariensis s. u. Lynceus* oculis *y* [1 *cod. Feae*] *cf. Cic. de offic.* III 2: 'quantum coniti animo potes, quantum labore contendere' linceus *γ* 29 Num tamen *γ* 1 iccirco *E* idcirco *cett.*‴ ς″ contempnas *δ′ ε* inungui *A′E γ F λ′* (*β′ v σ g*) inungi *δ′* (*r v*) 30 Non *v* (*et Fran.*) *opp. etiam florileg. Nostradam.* desperas *ε pr.* (*g*) clyconis *A* gliconis *γ* glyconis *cett.*″ 'Glico quidam athleta fortissimus fuit, alii Milonis legunt illius Crotoniatis qui apud Olimpias in agone interfectum taurum suis humeris dicitur sustulisse' *schol. Γ sed uide anthol. Pal.* VII 692: 'Γλύκων, τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέος, ὁ παμμάχων κεραυνός, ὁ πλατὺς πόδας, ὁ καινὸς Ἄτλας, αἵ τ' ἀνίκατοι χέρες ἔρροντι· τὸν δὲ πρόσθεν οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς οὔθ' Ἑλλάδι τροπωτὸν οὔτ' ἐν Ἀσίδι πάντα νικῶν Ἀίδης ἀνέτραπεν' 31 nolis corpus *g* cheragra *A′ E* (*et π pr.*) chiragra *γ λ pr.* (*β′ v a* 2 *g corr. r*) *schol. Γ* chyragra *F λ corr. δ′* (*l*) ciragra *σ g pr. flor. Nostr.* cy// *ε* cyragra *v*

32 quadam *A′ pr. E F* (*σ* 1 *r et π corr. V*) *schol. Γ gloss. Γ* quodam *A corr. γ ψ corr. ead. m. λ′ ε* (*β′ v π′ a* 2.*d g v et cett. Bland.*) *florileg. Nostradam.* quoddam *y ω Alcuinus Fea* quondam *y* aliqua *y* quo*dam δ; Bentleius* 'tenus' *inquit* 'ubi pronominibus iungitur, ablatiuum femininum semper exigit' prodire] ire *γ* 33 Feruet *Ω‴ ς″ florileg. Nostradam.* auaricia *λ* misero *Ω‴ ς″* (*et* 4 *Bland.*) misera *v* 2 *y florileg. Nostradam., falso: cupido enim semper masculino genere ponitur apud Horatium* cupine *A* 34 hunc] *supra uersum γ* linire *A γ* 1 *aut pr.*

possis et magnam morbi deponere partem.
laudis amore tumes: sunt certa piacula quae te
ter pure lecto poterunt recreare libello.
inuidus, iracundus, iners, uinosus, amator:
nemo adeo ferus est ut non mitescere possit,
si modo culturae patientem commodet aurem.
uirtus est uitium fugere, et sapientia prima
stultitia caruisse. uides, quae maxima credis
esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,
quanto deuites animi capitisque labore;
impiger extremos curris mercator ad Indos,

TESTIMONIA.

'non misera capitur caecaque cupidine rerum' (cod. Parisin. 8303 saec. X) 36 sq. Augustinus de ciuit. d. V 13 epist. IIII 231, 3 [II p. 1024] 39 sq. imit. Lactantius de mortibus persecutorum 3: 'nulla denique — mitesceret' 39 florilegia Parisina 8069 et 8818^a Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 41 sq. 'uirtus — caruisse' floril. Paris. 8818^a Io. Saresber. met. 4, 30; cf. Quintil. inst. VIII 3, 41: 'prima uirtus est uitio carere' Iuuenalis 13, 189: 'prima docet rectum sapientia' 41 'uirtus — fugere' Quintil. inst. VIIII 3, 10 floril. Par. 8069; uituperauit Lactant. VI 5, 12 45 sq. Vincentius Bellou. spec. hist. VII 68 45 floril. Par. 8818^a Pseudoacron uolgatus ad art. poet. 117, non schol. Γ im. Statius s. III 2, 91: 'non uel ad ignotos ibam comes inpiger Indos'

VARIA LECTIO.

36 tumens *A* certe *E* 1 quete *A* 38 inhers *A δ′* eris *Heldius* 39 ut *Ω‴ ς″ florileg. Nostradam. et Parisin.* 8069 qui *y florileg. Paris.* 8818^a *Vincentius; cf. Senec. de ira* II 12: 'nulli sunt tam feri et sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur' *Lactant.* (*a quo et u.* 41 *uidimus laudari*) *de mort. persecutor.* 3: 'nulla denique natio tam feris moribus uiuens, ut non suscepto dei cultu ad iustitiae opera mitesceret' mittescere *E* 40 pacientem *F λ ε* 41 uicium *ε* sapiencia *λ* 42 Stulticia *A′ E λ ε*

43 *repulsam δ′* 2 *y*, *δ′* 1 *non liquet*, *fuit fort.* laborem *quod h. l. exhibent y* (*defic. ε*) *uu.* 44—47 *desunt ε u.* 44 *omis.* (+ labore) *y* [*Sorbonens.*] 44 dolore *γ*, *uar. ab ead. m.; item y* [1 *cod. Feae*] dolore *δ′* 1 *ut uid. y labore δ′* 2 (*ν et π*) dolabore *r* labore *cett.″ ς* (*et β′ Lips.*) *florileg. Nostradam. cons. gloss. Γ* periclo *y ortum ex gloss.*, *gloss. Γ*: 'periculo' 45 Impiger *Ω‴ ς′ Pf.* Inpiger *β′ v Pph. florileg. Nostr.* curris *Ω‴ ς″ Pph.′ gloss. Γ floril. Nostr.* currit *y* [*Basil.* II] *florileg. Paris.* 8818^a *Vincentius Acron uolgatus ad art. poet.* 117 (*opp. comment. Cruqu.*) *Bersmannus; cf. Clau-*

per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
ne cures ea, quae stulte miraris et optas;
discere et audire et meliori credere non uis?
quis circum pagos et circum compita pugnax
magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
cui sit condicio dulcis sine puluere palmae?
uilius argentum est auro, uirtutibus aurum.
'o ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est;
uirtus post nummos!' haec Ianus summus ab imo

TESTIMONIA.

48 cf. eebas. captiu. u. 1129: 'dicere et audire et meliori credere non uis' 50 Priscianus instit. XVIII 27, 284: Attici στέφεται τῷδε καὶ τόδε. et Romani 'coronatur illam rem' et 'illa re', quomodo etiam 'inducitur' Horatius: 'coronari Olympia' 52 Columbanus ad Hunaldum u. 9 Petrus abbas Cluniacensis epist. I 6 [biblioth. Cluniac. p. 628] 53 sq. 'o — nummos' florilegium Paris. 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 Petrus Cluniacensis epist. I 6 54 sq. 'haec — prodocet' schol. Γ epist. I 20, 1

VARIA LECTIO.

dian. de III *cons. Honor.* 257: 'tu licet extremos late dominere per Indos' 46 *post* mare, *non post* Indos *interpung. Meinekius, falso: etenim, quod iam Porphyrion uidit, Horatius imitatus est Theogn.* 175 *sqq.*: 'ἣν (πενίην) δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης δίζησθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης' pauperie *γ* fugens *E* saxa *Ω‴ ς″ florileg. Nostradam.* tela *y opp. Theogn. quem modo laudauimus* ignes *Ω‴ ς″ floril. Nostr.*

47 que *E λ* stultę *F* *uu.* 48—64 *initia desunt ε* 48 Dicere *F λ′* 1 *δ′* 1 (*et π* 1) *y*; *ε defic. schol. Γ*: 'ὕστερον πρότερον, nam prius audimus, tum discimus' 49 conpita *E* (*r*) compita *cett.‴ ς″ Pph.′* cōpeta *g* pugnax *E* 50 contemnat *F λ* (*g et π*) contempnat *A′ E γ δ′ ς′ florileg. Nostradam.* contemptat *ε* 1 *ut uid.*, *nunc* contempta olimpia *E δ′* pes *λ* 1 51 cui] Cum *σ* 1 condicio *A′ ψ λ* (*σ g et Lips.*) conditio *cett.′ ς′ florileg. Nostradam.*; *ε defic.* puluere *Ω‴ ς″ gloss. Γ florileg. Nostradam.* pondere *y* palme *λ*

52 Vilius est argentum auro *v y Petrus Cluniacensis* Vilius est auro argentum *y Bentleius opp. Ω‴ ς″ Columban. florileg. Nostradam.* (est *in ras. sed a* 1. *m. Lips.*) 53 querenda *γ λ δ′* *pecunia δ* est] *om. flor. Nostr.* 54 numos *δ′* nummos *cett.″ δ* 2 *ς″*

haec *Ω‴ ς schol. Γ ad epist.* I 20, 1 hec *β′ g florilegium Nostradam.* hoc *y* [*π* 1] 'quos haec inducit monere' *Porph.′* Ianus] cianus *A*

prodocet, haec recinunt iuuenes dictata senesque,
laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto.
est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque,
sed quadringentis sex septem milia desunt:
pleps eris. at pueri ludentes 'rex eris' aiunt
'si recte facies'. hic murus aeneus esto,

TESTIMONIA.

58 sq. cf. Iuuenalis 5, 132 sqq.: 'quadringenta tibi siquis deus aut similis dis et melior fatis donaret homuncio: quantus ex nihilo fieres?'
59 sq. 'pueri — facies' Ioannes Victoriensis 4, 1 p. 360 B.
59 plebs eris] cf. Gualtheri Alex. V 507: 'respectu principis huius plebs erit' 60 cf. Isidorus origin. VIIII 3, 4: 'Reges a regendo . . . recte

---

VARIA LECTIO.

55 Pprodocet *δ* Prodocet *cett.″ ς″* (*et* 4 *Bland.*) *schol. Γ* 1 20, 1 *florileg. Nostradam.* Predocet *uel* Praedocet *σ y* [*Barcin.*] *ω* Perdocet *y ω* Edocet *y* senesque et *coni. Marklandus;* iuuenesque senesque *habes etiam apud Ouid. met.* VIII 525 *Pers.* 5, 64 *Stat. Theb.* V 149. *pueri uero hic manifesto excipiuntur uide uu.* 59. 62

u. 56 *Guyetus aliique delendum censent: nam turbato in sequentibus ordine et Porphyrionis silentio adeo augentur suspiciones, ut facere non possint, quin hunc uersum ex serm.* I 6, 74 *perperam huc translatum esse arbitrentur; nos retinuimus lectionem libris traditam, quoniam Porphyr. silentio nihil probatur, conl. c.* I 19, 1 ≃ *c.* III, 1, 5. *s.* I 2, 27 ≃ I 4, 92. *s.* II 3, 163 = *epist.* I 6, 28 *habent u.* 56 *Ω‴ ς″ y ω ad unum omnes, testantur etiam schol. Γ gloss. Γ floril. Nostr., tuentur Fea Doederlinus Schmidius* 56 Leuo *E γ λ′ δ′* (*defic. ε*) tabulam *Ω‴ ς″ floril. Nostrad.* tabulas *editores quidam* lacerno *ε* *u.* 57 *ante u.* 58 *habent E* (*a corr. g r* 2: *in r totus u.* 57 *ab alt. m. in rasura*) *y* [*Bruxell.* 9778 *Buslidianus* 2 *codd. Pulmanni*] *florileg. Nostradam. u.* 58 *ante u.* 57 *habent A′ γ F λ′ δ′ ε* (*β′ ν π′ σ υ*) 57 est] Ast *δ′ y* [*Reginens.* 1] (*defic. ε*) est lingua *E y* [*codd. Bentlei*] *florileg. Nostradam. Bentleius* et lingua *cett.‴ ς″* lingua, *om.* et *uel* est, *g* 58 Sed *A′ F λ′ δ′ ς″ schol. Γ* S, *E* Set *γ* Si *σ* 2 *y* [*Bruxell.* 2 *uar. Montepessul. Regin.* 2 *uar. alii: non Petropolit. quod contenderat Orellius*] *florileg. Nostradam.; ε defic.* milia *Ω‴ ς″ schol. Γ* desunt *A′ E γ δ′ ε* (*β′ ν σ g et π a. ras. Lips.* 2) *florileg. Nostradam.* desint *F λ′* (*r υ et π p. ras. Lips.* 1) *u.* 59 *omis. l pr.* 59 Pleps *A′ y* [*β Bamberg. corr. Parisin.* 8214] Plebs *γ* Plebs *cett.″ ς′* Ples *r* 1 *y; ε defic.* *u.* 60 *sq. del. Gruppeus opp. floril. Nostr.* hic — culpa *del. Wielandus et Meinekius; bene defendit Doederlinus* I *p.* 74; *Hitzigius del. u.* 61, *et u.* 60 sic *scribit pro* hic 60 facias *y cons. Isidor. opp. florileg. Nostr. Ioann. Victoriens. et cf. Auson. de inconexis u.* 3

nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Roscia, dic sodes, melior lex an *puerorumst
nenia, quae regnum recte facientibus offert,
et maribus Curiis et decantata Camillis?
isne tibi melius suadet qui, rem facias, rem,
si possis, recte, si non, quocumque modo rem,
ut propius spectes lacrimosa poemata Pupi:
an qui Fortunae te responsare superbae
liberum et erectum praesens hortatur et aptat?

TESTIMONIA.

igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Vnde et apud ueteres tale erat prouerbium: rex eris, si recte facias: si non facias, non eris' 61 uita Norberti archiepiscopi Magdeburg. additam. [Pertz. XIIII = XII p. 706] 62 sq. 'puerorum — que — offert' Ioannes Victoriensis 4, 1 p. 360 B. 65 sq. florileg. Nostradam. 67 cf. Arnobius IIII c. 9: 'quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam uelut maximum numen uestrae indicant litterae donare anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora e. q. s.' et cf. Augustin. de ciuit. dei VII 3: 'obscurata est dea Pecunia . . . cur dea Pecunia Mineruae praelata non est?' 68—70 florileg. Nostradam. 69 cf. Seneca de uita beata 4: (beatam uitam dicit) 'liberum animum et erectum et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum'

VARIA LECTIO.

p. 198 *Bip.:* 'qui recte faciet, non qui dominatur, erit rex' *et Porph.' ad u.* 62: '. . . pueri lusu cantare solent: 'rex erit qui recte faciet, qui non faciet non erit'' aneus *A* 61 Nil — tibi] *bis in cod. γ* Nihil *E* Nichil *A* Nil////*a* Nil *cett.'' ς''* Non *florileg. Nostradam.* ēsci^{si}rebi *E* consire *A* tibi *γ fol.* 83^{b} $^{\text{at sibi}}$tibi *γ fol.* 84^{a} palescere *γ* 62 puerorum est *Ω''' ς''* (*et* 4 *Bland.*) *Ioann. Victoriens.* puerorum, *om.* est, *y* [*Bruxell. Reginens.*] *ω florileg. Nostradam.* 63 Nenia *Ω''' ς'* (*et Fran.*) *Porph.' florileg. Nostradam.* Noenia *y* [*β*] *u.* 64 *del. Hitzigius opp. Pph.' Porph.' schol. Γ et cf. Lucan.* VII 358: 'si Curios his fata darent reducesque Camillos' decanta *δ'* *uu.* 65—106 *desunt ε* 65 Hisne *γ* suades *γ* rem tibi facias rem *F* [qui rem facias 4 *Bland.*] 66 recte] *om. ψ* 1 quocunq̧ *E* 67 puppi *A corr. γ ψ* 2 (*et Fran.*) *Porph.'* pupi *cett.''' ς'* (*et β*) *schol. Γ gloss. Γ cons. titul. lapidum, uide Feam ad h. l.*; *defic. ε* 68 fortune *λ δ* 1 *ut uid.* tu *λ* 1 tę *φ* te *cett.'' ς''* (*defic. ε*) superbae *Ω'''* (*defic. ε*) *ς'' schol. Γ* superbe *g y florileg. Nostradam. coni. Lambinus; cf. c.* I 28, 32 69 presens *A δ* ortatur *A γ* aptat *A' E γ F λ δ' ς''* (*et omn. Bland.*) *schol. Γ florileg. Nostradam.* optat *g l pr. y* [*Bruxell. Regin.: lectio Mauortiana?*] *ω cf. uar. lect. epist.* I 6, 55

quod si me populus Romanus forte roget, cur
non ut porticibus sic iudiciis fruar isdem,
nec sequar aut fugiam quae diligit ipse uel odit,
olim quod uolpes aegroto cauta leoni
respondit referam: 'quia me uestigia terrent,
omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum'.
belua multorum es capitum: nam quid sequar aut quem?
pars hominum gestit conducere publica; sunt qui
frustis et pomis uiduas uenentur auaras
excipiantque senes quos in uiuaria mittant;
multis occulto crescit res faenore. uerum

TESTIMONIA.

72—80 florileg. Nostradam. 73—75 omisso 'referam' Thomas Cantuar. epist. 391 [IIII p. 299 Giles.] 73 'et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius usum putauit in illis uersibus: 'quod dixit aegroto catta leoni'' Quintiliani codd. instit. V 11, 20 74 sq. cf. Seneca de uita beata c. 28: 'nec uiam bonam ac malam per se aestimans, sed turba uestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium?' 76 cf. ecbas. captiu. u. 440: 'belua multorum capitum uisis moribundum?'

VARIA LECTIO.

71 porticipicibus *δ′* 1 iudicis *E* (*σ*) iuditiis *φ* isdem *A′ F λ′ δ′ ς″* idem *E a. corr. γ* (*et π pr.*) *y; in γ superscr.* ꝑ isdē 72 Ne *E* aut *A′ E γ* (*β′ σ g r et Lips.*) *florileg. Nostradam.* ac *F λ′* (*v*) *y* et *δ′* (*ν et π*)*: ε defic.* quae *E γ F δ′ ς* (*et Lips.*) *schol. Γ* que *A λ′* (*ν et β*) *florileg. Nostradam.* quem *y* [*π Fran. cum aliis*] uel odit *Ω‴* (*defic. ε*) *ς″ florileg. Nostradam.* colitque *y* [*Montepessul. uar.*] 73 uolpes *F λ′* 1 (*r et π* 2 *Lips.*) uulpes *cett.″ ς* (*et β′ π* 1) *Quintil. uolgat. florileg. Nostradam.; defic. ε* agroto *A* egroto *λ′* 74 t̄rent *ψ* 75 spectancia *λ* 76 Belua *Ω‴ ς′* (*cons. π′*) *Porph.′ florileg. Nostradam.* (*defic. ε*) Bellua *ω* es] est *y Plaza et Bentl. opp. etiam florileg. Nostradam.; ε defic. r* 1 *non liquet* quem *A′ E γ* (*β′ σ g l* 2 *r v et Lips.*) *florileg. Nostradam.* quae *F δ′* (*ν l* 1 *et π*) q; (superscr. u) *λ* 77 Par *A* 78 Fruistis *δ′*1 Frustis *cett.″ ς″* (*et σ* 2 *uar.*) *gloss. Γ florileg. Nostradam.* Crustis *σ y* [*Petrop.*, '*quidam codd.*' *Cruquii*] Fructis *y* Fructibus *y defic. ε; gloss. Γ interpret.:* 's. carnis uł piscis' poms (superscr. i) *λ* 79 Excipiunt *φ a. corr.* uinaria *δ* 1 (*σ* 1 *g*) niuaria *A* mitant *δ′* 1 mutant *σ* 1 *g florileg. Nostradam.* 80 res crescit *y* [*Sorbonens.*] *opp. etiam florileg. Nostradam.* faenore *A* (*v r*) foenore *E δ′* (*a et Fran.*) foenere *γ* fenore *F λ′* (*π′ v v et β*) *florileg. Nostradam.* uenere *g*

esto aliis alios rebus studiisque teneri:
idem eadem possunt horam durare probantes?
'nullus in orbe sinus Bais praelucet amoenis'
si dixit diues, lacus et mare sentit amorem
festinantis eri: cui si uitiosa libido
fecerit auspicium, cras ferramenta Teanum
tolletis, fabri. lectus genialis in aula est:
nil ait esse prius, melius nil caelibe uita;
si non est, iurat bene solis esse maritis.
quo teneam uoltus mutantem Protea nodo?
quid pauper? ride: mutat cenacula lectos

TESTIMONIA.

uu. 82—100 florileg. Nostradam. 85 cf. Ausonius epigr. 71, 2: 'repperit obscenas ueneres uitiosa libido' 87 cf. glossarium Mai class. auct. VIII 260: 'genialis lectus, ubi sponsus et sponsa cubant'
90 Hildebertus moral. philosoph. p. 980. cf. Appuleius Osanni p. 7: 'sed et Horatius eos, qui facile uertunt sententiam et (nec?) deprehendi facile possunt, Proteos uocat'

VARIA LECTIO.

81 alios aliis *v* aliis] ta//us *φ* studis (*sic*) reb;q; *y* [*Montepessulan.*]: *ex his duobus uersibus intellegas, quemadmodum uerum uerborum ordinem temere mutare soliti sint sequioris aeui codicum auctores; nos plerasque talium transpositionum typis mandare noluimus* studiis[ve] teneri *F* 82 Idē *E* possuntne *y* (?) *Lambinus opp. florileg. Nostradam.* horam *Ω″ ς′ Pph. gloss. Γ florileg. Nostradam.* hora *l v p. ras.* (*et β*) *y Pf.*: *etiam in l fort. lineola erasa: defic. ε* 83 urbe *F* 1 *δ′* (*et π corr.*): *λ′ et Lips. recte*
baiis *F* (*v l v*) bai//is *λ* bais *cett.″* præluc& *A* prelucet *γ* amoenis *Ω‴* 84 locus *A a. corr.* 85 eri *A′ E* 1 *γ δ* (*v π′ g r*) heri *F λ′ E* 2 *ut uid.* (*β′ v*) ēri *E* (*σ d*) cuius uitiosa *γ* uiciosa *λ* 86 Fęcerit *γ* auspitium *E γ* aut spiciū *A* teannum *λ* 88 Nila//it *E* ait *om. δ′ pr.* caelibe *E F δ* (*σ a l r et β* 2 *Fran., cons. d*) celibe *A γ λ* (*v π′ v et β* 1 *cons. g*) *florileg. Nostradam.* 90 nodo mutantem prothea uultus *y* [*Sorbonens.*] *Hildebertus* uoltus *F λ′* (*g*) uultus *cett.″* uultum *y* [*Lips.*] *florileg. Nostradam.; defic. ε* motantē *E* protea *A′ y* [*Bamb. Valent.*] prothea *cett.″ ς″ flor. Nostradam.; defic. ε* 91 quid? pauper — ride! — mutat *Doederlinus, sed cf. epist.* I 2, 10 Quod *δ′* ride *Ω‴ ς″ gloss. Γ florileg. Nostradam. omis. y* [*Valentian.* 1] rides *v y Cuninghamus; defic. ε;* uiden' ut *Bentleius* idem *Hitzigius* motat *E* cenacula *A E λ* (*β′ v ut uid. π′ σ g v*) *florileg. Nostradam.* caenacula *γ F δ′* (*a l r*)

balnea, tonsores, conducto nauigio aeque
nauseat ac locuples, quem ducit priua triremis.
si curatus inaequali tonsore capillos
occurri, rides; si forte subucula pexae
trita subest tunicae, uel si toga dissidet impar,
rides: quid? mea cum pugnat sententia secum,
quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit,
aestuat et uitae disconuenit ordine toto,

TESTIMONIA.

93 'nauseat — prima triremis' glossarium Mai tribus locis [classic. auctor. VIII 381. 494. 580] 94—97 'si — rides' [Rufinianus] de schematis lexeos § 18 p. 52 Halm. 95 sq. 'si — tunicae' glossarium Mai [classic. auctor. VIII 525] cf. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. II c. 21 [Vallars. II 357^{e}]: 'tunc pexa tunica et nigra subucula uestiebaris' 97—100 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 97 sq. 'mea pugnat — repellit — omisit' Hildebertus moral. philos. p. 980 98 cf. Seneca de uita beata c. 28: 'fluctuamus aliudque ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus' 99 sq. 'diruit — rotundis. aestuat — toto' Hieronymus comment. in Ecclesiasten c. 3 [Vallars. III 409^{c}]

VARIA LECTIO.

92 æquæ *A* 93 Nausiat *y* [*Fran.*] hac *F* ac *cett.‴* ς″ *glossarium Mai p.* 381 *florileg. Nostradam.* ut *y*; *defic.* ε; an *glossarium Mai p.* 494 *p.* 580 priua] *omis. y* [β 1] prima *glossar. Mai tribus locis florileg. Nostradam.* 94 Sic *Pph.′* curatus *Ω‴* ς″ (*et omn. Bland.*) *Pph.′ Rufinianus florileg. Nostradam.* curtatus *y* [*Reginens.* 2 *Zulichemian. a. ras.*] ω curuatus *y* [*Bamberg.* 2 *in marg.*]; *defic.* ε; tonsus *interpr. schol. Γ*; *cf. Petron. sat. c.* 107: 'uoluerunt enim, antequam conscenderent, exonerare capita molesto et superuacuo (capillorum) pondere, sed celerior uentus distulit curationis propositum' inequali λ tensore *E* 95 Occurri *F* λ′ δ′ (ν 1 *aut pr.* π′ σ *a* 1 *g r v*) *Rufinianus* Ocurri *E* γ Occuri *florileg. Nostradam.* Occurrit *A* (*a* 2 *v* 2 *et Fran.*; Occurit β) Occurro *v corr. aut* 2 *y* [*Bamberg.* 2 *Gronou. Montepessul. uar. Reginens. Zulichem.*] *Bentl.* 'rides, cum in me uides culpam aut tonsoris aut uestiarii' *Porph.′* subuca *A* pȩxae φ 96 Trito *E* 1 *aut pr.* dissip& δ 1; *recte* δ 2 *d* inpar *E* (ν *et* β) impar *cett.‴* ς (*et* π′ *Fran.*) *Rufinianus florileg. Nostradam.*; *defic.* ε 97 quod *E* 2 *Vincentius opp. florileg. Nostradam.* $\overset{d}{\text{qui}}$ *A* $\overset{v}{\text{conpugnat}}$ λ; *recte l* sentencia λ mecum δ′ 1 (ν *g*) *y Vincentius* secum *cett.″* ς″ (ν *uar.*) *florileg. Nostradam.*; *defic.* ε; *cf. Ouid. met.* XV 27: 'pugnatque diu sententia secum' 98 $\overset{i}{\text{petit}}$ *A* 99 Estuat γ

diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?
insanire putas sollemnia me neque rides,
nec medici credis nec curatoris egere
a praetore dati, rerum tutela mearum
cum sis et praue sectum stomacheris ob unguem
de te pendentis, te respicientis amici.
ad summam, sapiens uno minor est Ioue, diues,
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
praecipue sanus, nisi cum pituita *molestast.

TESTIMONIA.

100 Hildebertus moral. philos. p. 980 'diruit edificat' Wernherus de Elmendorf. 831 [German. antiqu. ann. IIII 307 H.] 103 cf. uita Benedicti abbatis Clusensis c. 8 [Pertz. XIIII = XII 202]: 'rerum tutela nostrarum' 106—108 florileg. Nostradam. 106 cf. Ouidius metam. XV 858 de Augusto: 'sic et Saturnus minor est Ioue'

VARIA LECTIO.

100 edificat *γ* motat *E* muttat *λ* rutundis *A E* (rotondis *β*) *u.* 101 *del. Lehrsius mus. Rhen.* XVII 489 101 putas *A′ E γ δ′* (*σ g l r v et β* 2 *π* 2 *Fran. Lips.*) *Pph.′ schol. Γ gloss. Γ* putat *F λ* 1 *aut pr.* (*ν pr. aut* 1 *v uar. et β* 1 *π* 1) sollemnia *E γ* (*ν σ pr. a r*) *Pph.′* solemnia *A δ′* sollempnia *F λ′* 102 aegere *δ′* ***INDE A V.*** 103 — I 18, 46 ***DEFICIT*** *cod. d; Ω″ = A′* (*A a*) *E γ F λ′* (*λ l*) *δ*; *ς″ = aut omnes codd. β′* (*β Fran.*) *ν π′* (*π Lips.*) *σ g r v* (*a l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. ν σ g r v* (*a l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur* 103 pretore *γ δ* dato *δ* 1 104 Cum sis. et . . . stomacharis *y ω* prauae *A′ δ* sectum *om. δ pr.* sed tū *A′* 105 te suspicientis *N. Heinsius et Bentleius*, sed *cf.* [*Caes.*] *bell. Afr. c.* 85: 'ducemque aliquem requirerent, quem respicerent, cuius auctoritate imperioque rem gererent' 106 Adsumas *δ* 1, *recte δ* 2 sapiens *δ* 107 ***DENVO INCIPIT*** *ε; Ω″ = A′* (*A a*) *E γ F λ′* (*λ l*) *δ ε* honoratus pulcher] pulcher honoratus *florileg. Nostradam.* pulc(h)er *ε*, h *fort. ab alt. m.* diniq; *E* 108 Precipue *A ψ λ′ δ ε* saniis *δ* 1 cum] dum *y opp. Pph.′* molesta est *Ω″ ς″ Pph.′ florileg. Nostradam.* molesta, *om.* est *y* [*Parisin.* 8216]

II

Troiani belli scriptorem, Maxime Lolli,
dum tu declamas Romae, Praeneste relegi:
qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.
cur ita crediderim, nisi quid te distinet, audi.
fabula, qua Paridis propter narratur amorem

TESTIMONIA.

I 2. 1—16 exceptis u. 5 et 'Nestor — utrumque' Ioannes Saresberiensis policrat. 7, 9   1—4 cf. Ioannes Saresber. metalog. 1, 22: 'gloriatur Horatius se uirtutis causa relegisse Homerum, qui quid sit — dicit'   1 cf. Ausonius periocha 1 in Iliadem: 'si Homerum scriptorem Troici belli eatenus, qua Iliadem suam incipit quaque finit, percenseamus . . .'   2 'dum tu (te Porph.) declamas Romae' Porph.′ ad u. 64   3 sq. cf. Ioannes Victoriensis 5, 3 p. 393 B.: 'sicut Oratius de Homero dicit: qui — dicit'   3 cf. ecbas. captiu. u. 717: 'nouit quid pulcrum, quid turpe, quid utile, falsum' uita Heinrici IIII. c. 2 [Pertz. XIIII = XII 272]: '. . . quid honestum, quid turpe, quid utile, quid non . . .'

VARIA LECTIO.

Ω″ = A′ (A a) E γ F λ′ (λ l) δ; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) v π′ (π Lips.) σ g r v (a l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. v σ g r v (a l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

I 2. AD LOLLIVM *E F λ′ δ (π′ σ a r et Fran.)* AD LOLIVM *γ* AD LOLLIVM MAXIMVM *v; inscriptione carent A ε (v g et β)* 1 Maxime, *non* maxime *Meinekius praefat. p.* XXXV *cons. inscript. cod. v; Porph.′ et schol. Γ tacent; cf. Ouid. ex P.* II 8, 2 *et* III 5, 6: 'Maxime Cotta'   loldi *E* lolli *cett.″ Pph. Porph.′ (etiam γ)*

2 *D*um *ε*, Cum *ε* 1   declinas *ε* 1   3 Quicquid *A′*   pulcrum *ε*   *uti*le *δ*   q *E*   4 Planius *A′ E γ δ* 2 *uar. (σ g r et Lips.) sch. Γ (interpret.:* 'apertius'*) Ioannes Victoriensis* Plenius *φ λ ε γ* 2 *uar. (v ut uid. v et β* 2 *π Fran. codd. Bland.) Ioann. Saresber. metal.* Plęnius *ψ (l)* Pplenius *δ* (Plen' *β* 1) Pulchrius *Ioann. Saresb. policr.* VII 9; 'planius, ut poeta, qui exemplis propositis multo maiore ἐναργείᾳ docet, quam quiuis philosophus, qui, cum ethicen ex professo tractet, plenius praecepta tradit. in nullo autem scriptore maiorem esse uim ἐναργείας καὶ σαφηνείας, quam in Homero, omnes uno ore affirmant' *Iacobsius*   chrisippo *F λ′ δ ε*   cratore *γ*   *d*icit *δ*   5 distinet *E* 1? *ψ corr. λ δ* 1 *ε (π′* 1 *l p. ras. v* 1 *uar. et codd. Bland.)* distenet *F δ* 2 destinet *A′ E* 1? *γ (l a. ras. r pr.)* detinet *A corr. E p. ras. (β′ σ g r corr. v)* dest : : : *v cf. c.* IIII 7, 11   6 amare *ε* 1

Graecia barbariae lento conlisa duello,
stultorum regum et populorum continet aestus.
Antenor censet belli praecidere causam.
quid Paris? ut *saluos regnet uiuatque beatus,
cogi posse negat. Nestor componere litis
inter Peliden festinat et inter Atriden:
hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
seditione, dolis, scelere atque libidine et ira
Iliacos intra muros peccatur et extra.
rursus, quid uirtus et quid sapientia possit,
utile proposuit nobis exemplar Vlixen,

TESTIMONIA.

14 florileg. Nostradam. Otto Frisingensis prolog. lib. II p. 17
16 'Yliacos — extra' Ioannes Victoriensis 5, 1 p. 383 B.

VARIA LECTIO.

7 Grecia λ δ Grętia ψ barbariae *A' E* δ 2 barbarę δ 1 barbarie γ *F* λ' ε *A* 2 len*to* ε conlisa *A' F* λ δ ε (π') *y schol.* γ collisa *E* γ ς' 8 reg*um* δ aestus *A' E* γ δ 2 (σ *et* β; e: *g*) *Io. Saresber. policrat.* aestum *F* λ' ε (π' *r v et* 4 *Bland.*) estum δ 1 (*et Fran.*) *v euanuit.* p̄lia *interpret. gloss.* ε *et cf. serm.* I 2, 110 *et Vergil. Cir.* 340: 'sollicitos animi releuauerat aestus' 9 belli censet *E opp. cett.''* ς'' precidere *A* γ causas *Ioannes Saresber. policrat.* 10 Quid *A' E* γ δ 2 ς'' *Ioann. Saresber.* 'deest facit' *gloss. Γ* Quod *E corr. F* λ' δ 1 ε (*v* 1 *uar.*) Quid Paris, ut saluus regnet uiuatque beatus? *Doederlinus*, *sed cf. epist.* I 1, 91 Quod Paris, ut *Bentleius* saluus *Ω''* ς'' *schol. Γ* solus *y* [*aliqui codd. Cruquii*] *Landinus* reget ε uiu&q; *F* beat : : : ε 11 Nestor] ne forte *A* conponere λ (ν *et* β) componere *cett.'* ς (*et* π' *Fran.*) litis π' lites *Ω''* ς' 12 inter] primus *coni. Bentl. ad serm.* I 7, 11 peliden *Ω'' nisi quod* pelliden *A* festinet δ 1 (*l pr.*) *y* atridem λ ς (*et Fran.*) atriden *cett.'* (π' *l et* β) 13 Hunc *A' E* γ 2 *superscr.* δ 2 (ν σ *g l* 2 *r v et* β) *gloss. Γ* Nunc γ *F* λ' δ 1 ε (π' *et Fran.*) *u.* 14 *del. Prienius*, *eundem post u.* 16 *ponit Ioannes Saresberiensis* 14 Quidquid *A* (*et* π 1) Quicquid *cett.' etiam florileg. Nostradam.* delyrant ε 15 Sedicione λ ε atque] *exsectum* ε libine *A* 16 pecc : : : : : ra ε 17 Rursum *Bentleius*, *sic habuisse Regin.* 1 *falso existimans*, *et cf. epod.* 16, 10 sapiencia λ sapie : : : ε poss& *E* : : : : sit ε 18 exexplar ε ulixen *A'* γ δ (β' *v* σ *l r et Lips.*) ulyxen *F* (*et* π) ulixem *E* (*g v*) ulyxem λ uli : : : ε

qui domitor Troiae multorum prouidus urbes
et mores hominum inspexit, latumque per aequor,
dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
pertulit, aduersis rerum inmersabilis undis.
Sirenum uoces et Circae pocula nosti:
quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
sub domina meretrice fuisset turpis et excors,
uixisset canis inmundus uel amica luto sus.
nos numerus sumus et fruges consumere nati,
sponsi Penelopae, nebulones Alcinoique
in cute curanda plus aequo operata iuuentus:

TESTIMONIA.

23 'Circae pocula' memorat etiam Symmachus epist. I 47 25 Seruius ad Aen. VII 19 glossarium Mai classic. auct. VIII 102 26 'et amica luto sus' Seruius ad georg. I 400 idem ad Aen. VIII 83 Isidorus orig. XII 1, 25 cf. Lactantius instit. III 8, 9: 'obscenus canis aut sus ille lutulentus' idem epit. diu. instit. c. 37: 'satius omnino non esse, quam post hominum formam, uel suem uel canem uiuere?' uu. 27—70 'Nos numerus — Testa diu' florileg. Nostradam. 27 sq. Priscianus instit. VI 17, 88. VII 4, 12 27 'fruges — nati' schol. Γ ad epist. I 4, 16. Willelmus uita s. Thomae I 197 ed. Giles. 28 sq. 'ebulotis Alcinoique in cute curam da plus aequo ·p̄· ī.' (in. Porf.) sic mendose Porph.′ ad epist. I 15, 24. imitatus est Ausonius epist. 9, 13—15: 'nam mihi non Saliare epulum, non cena dapalis, qualem Penelop(a)e nebulonum mensa procorum Alcinoique habuit nitidae cutis uncta iuuentus' cf. etiam Gellius XVIIII 9, 8

VARIA LECTIO.

19 dominator *F λ* 21 sotiis *A* 22 ꝑculit *E* aduersus *λ a. ras. E uar.* (*g pr.*) et uersis *y* inmersabilis *A′ E γ F λ′ δ ς″* immers: *ε* (*σ*) īmers: *g* 23 circae *Ω″ ς″* (*et omn. codd. Cruquii* [?]) *Symmachus* circe *v g* circes, *s add. recent. m.*, *v*; circes *y* [*Montepess. uar. Petropolit. Sorbonens.* 2 *Zulichemianus* (*NB.* ≃ *cod. Diuaei ap. Cruqu.!*)] *Valerius ad Ruffinum* nouit *y Valerius* 24 Que *λ* sotiis *A* 25 domina *Ω″ ς″ Seruius glossar. Mai* diua *y* turpis, et excors *Th. Schmidius et Doederlinus* turpis et excors, *alii* ex//ors *y* [*Fran.*] exsors *coni. Minos et Marklandus opp. Seru. glossar. Maï* *u.* 26 *omis. v pr.* 26 inmundus *A E γ F λ ε ς″* immundus *δ* (*a l*) īm: *g* 27 frugis *ε pr.* (*a pr.*) fruges *cett.′ ς″ Pph.′ schol. Γ ad epist.* I 4 *florileg. Nostradam.* consūmere *F* (*l*) *u.* 28 *post u.* 29 *pon. r* 1 28 penelope *E ε* (*g et β π*) penelopae *cett.″ ς* (*et Fran. Lips. codd. Bland.*) *Ausonius* penelopes *v* penelopes *y* [*Basil.*] *florileg. Nostradam.* Alcinoique, *Fea* 29 equo *λ* opera*ta* *δ* operosa *y* [*Petropolit.* 2]

cui pulchrum fuit in medios dormire dies et
ad strepitum citharae cessatum ducere curam.
ut iugulent hominem, surgunt de nocte latrones:
ut te ipsum serues, non expergisceris? atqui,
si noles sanus, curres hydropicus; et ni
posces ante diem librum cum lumine, si non
intendes animum studiis et rebus honestis,

TESTIMONIA.

32—37 'ut iugulent — torquebere' Reinerus uita Euracli 2 ap. mon. Germ. SS. XX p. 562 32 Seruius ('de nocte latrones' cod. Bernens. 172) ad georg. I 287 34—37 'ut te ipsum — torquebere' Reineri de ineptiis cuiusdam idiotae libellus [mon. Germ. SS. XX p. 600] 36 'intendant — honestis' Ioannes Victoriensis 6, 11 p. 446 B.

VARIA LECTIO.

30 Qui *δ* 1 pulcrum *ε* 31 Ad estrepitum *y* Astrepitum *φ* citharae *A′ γ δ* 2 cithare *E δ* 1 chytarę *φ λ′* chyttarę *ψ* cessantem *ω opp. etiam codd. Bland. et florileg. Nostradam.* cessantum *y* [1 *cod. Feae*] *ω* curam *A′ γ F λ′ δ E uar. ab ead. manu ut uid., ε* 2 *uar.* (*β′ ν π′ σ g corr. r v*) *schol. Γ florileg. Nostradam.* somnum *E ε δ* 2 *uar.* (*g pr.*) *y* [*π uar. codd. Bland. Bruxell.* 2 *uar.*] *cf. serm.* II 7, 114: 'iam uino quaerens, iam somno fallere curam' *c.* IIII 11, 35 *sq.:* 'minuentur atrae carmine curae;' cessatum ducere *ut Plaut. Poenul. prol.* 20: 'sessum ducere' *Stich.* 139: 'uenatum ducere' *serm.* II 4, 89: 'auditum ducere' curā (*sic*) [melius curā] *y* [*Bamberg.*] cessatam ducere curam *I. Scaliger* cessantem ducere Somnum *uel* somnum *Bentleius.* Ad strepitum citharae, cessatum, educere curam *Rosellus* Ad . . . cessanti incidere curam *Tunstallus* Ad st. c. cessantem ducere *κούρην Praedicowius* *uu.* 32—64 *post epist.* I 1, 51 *transponendos censent Torrentius et D. Heinsius* *uu.* 32 *sq. inuerso ordine exhibent y* [*Bamberg. Parisinus* 7976 *Valentian.* 1]

32 hominem *A′ E F λ′ δ ε* (*ν π′ g r v et β V*) homines *A corr. γ* (*σ et Fran.*) *Seruius flor. Nostr. Reinerus; cf. Ouid. amor.* III 8, 21: 'quotiens hominem iugulauerint'. *Doederlinus falso ante* homines *distinguit* surgunt] uigilant *Seruius florileg. Nostradam.* 33 Tu te ipsum ut serues *coniectauit Bentleius* atqui *A′ E γ δ* 2 *ς″ Reinerus* atque *F λ′ δ* 1 *ε* (*ν π′ et V*) *florileg. Nostrad.* atquin *v* 1 *y*

34 Si oles *ε* 1 noles *A′ E γ F δ ε* 2 *ς″* (*et* 4 *Bland.*) *Reinerus* nolis *λ′* (*g r pr. v*) *ω florileg. Nostradam.* curres *A′ E* 1 *γ ε* 1 *δ* 2 (*ν* 1 *π′ σ g r et* 4 *Bland.*) *schol. Γ Reinerus* cures *F λ′ δ* 1 *E p. ras.* (*β′ ν* 2 *v*) *florileg. Nostradam.* quaeres *Ieuerus ad Lucan.* III 657 hidropic' *δ* hydropicus *cett.″* 36—39 *desunt quaedam in ε* 36 Intendes *Ω″* Intendens *ν π′ r pr.* Intendas *y* [*π* 2] *florileg. Nostradam.*

inuidia uel amore uigil torquebere. nam cur
quae laedunt oculum festinas demere: siquid
est animum, differs curandi tempus in annum?
dimidium facti qui coepit habet: sapere aude;
incipe! qui recte uiuendi prorogat horam,
rusticus expectat dum defluat amnis: at ille
labitur et labetur in omne uolubilis *aeuom.
quaeritur argentum puerisque beata creandis
uxor et incultae pacantur uomere siluae.
quod satis est cui contingit, nil amplius optet.

TESTIMONIA.

cf. Hieronymus comment. in Zachariam II 6 [Vallars. VI 826] Horatio non nominato: 'dimidium facti qui bene coepit (cepit) habet' item hunc uersum laudat Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 inter 'flosculos epistolarum Oratii'. Ausonius epigr. 81: 'incipe: dimidium facti est coepisse' 40 cf. Auson. de conexis p. 198 Bip.: 'incipe, quidquid agas! pro toto est prima operis pars' 'et quod ait Horatius: sapere aude: ne non te ratio subiuget prius quam metus' Augustin. de quantit. animae 41 [t. I 421 Ben.] 42 sq. Ioannes Saresberiensis epist. 263 42 imit. Iuuenalis 14, 25 sq.: 'rusticus expectas, ut non sit adultera Largae filia' 43 cf. Ouid. met. X 519: 'labitur occulte fallitque uolatilis aetas'

VARIA LECTIO.

38 Que *λ* ledunt *E F λ δ* 1 oculum *E F λ′ δ* 1 (*ν π′ σ* 2 *r et* 2 *Bland.*) *Bentl.* oculos *A′ γ λ corr. δ* 2 (*β′ σ* 1 *g v et* 2 *Bland.*) *florileg. Nostradam. defic. ε* siquod *F λ′* (*v v corr.*) *opp. florileg. Nostradam.* (*et* 4 *Bland.*) 39 difers *A* curanti *ε* 40 cepit *δ* 1 sapere *λ* 41 uiuendi qui recte *A′ γ F λ′ δ ε* (*β′ ν π′ σ* 1 *r v*) qui (quis *Pf.*) recte uiuendi *E* (*σ* 2 *g*) *Pph.′ Bentleius*, *in altera lectione ambiguum esse putans*, *utrum* recte uiuendi *uelit an* recte prorogat; *cf. art. poet.* 29 *et uar. lect.* I 18, 74; *schol. r in marg.*: 'ORDO. Qui prorogat horam recte uiuendi'. uiuendi recte qui *y ω flor. Nostr.* 42 exspectat *δ* defluat] fluat *A pr. ε* (*σ pr.*) amnis] a͞tnis *φ* illi *E* 43 inuolubilis o͞me *γ* aeuum *Ω″* 44 Queritur *γ λ δ* 45 inculte *λ* placantur *Wakefeldius* perarantur *Nodellius opp. florileg. Nostradam. et cf. Germanicus in Arat. phaenom. p.* 96 *ed.* 1589: 'fructusque dabat pacata colono sponte sua tellus' *u.* 46 *del. Lehrsius* 46 Quod *ε* contigit (n *supra*) *λ δ ε* (*et β*) contingit *cett.′ ς′* (*et Fran. V* [?] *cum alio Bland.*) *flor. Nostr.* continget (+i) *r* contigit *y* [2 *Bland.*] contigerit *Doederlin.* contigit, is *Stallbaum. cum y* [*V, per lituram*]; contigit, hic *y Lambinus* nihil *A′ γ δ ε* (*ν π′ et Fran. V sed per lituram*) nichil *g* (*et β*) *flor. Nostr.* nil *E F λ′* (*σ r v*)

non domus et fundus, non aeris *aceruos et auri
aegroto domini deduxit corpore febris;
non animo curas: ualeat possessor oportet,
si comportatis rebus bene cogitat uti.
qui cupit aut metuit, iuuat illum sic domus et res
ut lippum pictae tabulae, fomenta podagram,
auriculas citharae collecta sorde dolentis.
*sincerumst nisi uas, quodcumque infundis acescit.

TESTIMONIA.

47 sq. Hildebertus moral. philosoph. p. 988 51 sq. 'qui capit (sic) — podagram' Hildebertus moral. philos. p. 988 53 'collecta sorde dolentis' Probi appendix p. 195 K. 54—60 'sincerum est uas, ei si quodcunque infundas — et mens' Hildebertus moral. philos. p. 980 54 florilegium Parisin. 8818[a]; glossarium Mai class. auct. VIII 15 ecbasis captiui u. 321 Reineri uita Reginardi 1 [mon. Germ. SS. XX p. 571]

VARIA LECTIO.

cf. appar. crit. ad epist. II 1, 17. 31 optes *A* opte et *γ uu.* 47—49 *omis.* *ν* 1 (*et β* 1) 47 eris *A λ* aceruus *Ω″ ς* (*et β* 2 *π′ Fran.*) *florileg. Nostradam.* 48 domui *ε* ded*ux̄* *δ* deduxit *cett.″ ς* (*et β* 2 *π′ Fran.*) *gloss. Γ flor. Nostr. pr. Hildeb.* deducit *y flor. Nostr. corr.* deducet *v* 2 *uar. y* deducunt *y′* febris *y* [*π* 1 *Reginens.* 1] febres *E* 1 *F λ′ δ* 1 *ε A* 2 (*ν* 2 *g r* 1 *v et β* 2 *Fran. Lips.*) *Hildebertus* febrem *A′ γ E* 2 *δ* 2 (*σ r* 2) *florileg. Nostradam.* ['febres. alii febrem quoque, alii febrim habent' (?) *Cruq.*] 49 poṡsessor *A* 50 conportatis *γ F λ δ* (*ν σ r et Lips.*) *florileg. Nostradam.* comportatis *A′ E ε* (*β′ g l v et π*) 51 aut] au' (†aut) *δ* ac *v y opp. florileg. Nostr. Hildeb.* et] aut *A uar. flor. Nostr.* //et *δ* et *cett.″ ς″* (*et Bland.*) ac *y* 52 lyppū *F λ′* picte tabule *λ* (*g*) *florilegium Nostradamense* pictae tabulae *cett.″ ς″* tabulae pictae *y Hildebertus* pictae *in marg. σ* fomenta *Ω″ ς″ Pph.′ florileg. Nostradam.* tomenta *Bouhierus opp. Burmann. ad anthol. Lat.* II *p.* 485 podagra *ε* 1 podagram *cett.″ ε* 2 *ς″ Pph.′ florileg. Nostradam. Hildebert.* podagrum *y* [*Pottieri cod.* 10 (?) *et* 1 *apud Oudendorpium ad Appul. met.* V *p.* 339 *Dessauiens.* II] *Bentl. opp. Doederlin.* I 83; ***abstractum positum pro concreto*** 53 cytharae *F λ′ δ ε* cithare *E* dolentis *A′ γ* (*et π* 1) *Probus* dolentes *A corr. E F λ′ δ ε ς* (*et β′ Lips.*) *florileg. Nostradam.* 54 Sincerum est *Ω″ ς″* Sincerum, *om.* est *florileg. Nostradam. Parisin.* 8818[a] *glossarium Mai ecbasis captiui* infundit *δ* (*et β* 1) acescit *A E pr. F λ′ δ* (*β′ ν π′ σ r v*) *florileg. Paris.* 8818[a] *glossarium Mai ecbasis captiui* acessit *E corr. γ* 1 *ut uid. ε* 1 (*a g*

sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.
semper auarus eget: certum uoto pete finem.
inuidus alterius macrescit rebus opimis:
inuidia Siculi non inuenere tyranni
maius tormentum. qui non moderabitur irae,
infectum uolet esse, dolor quod suaserit et mens,
dum poenas odio per uim festinat inulto.
ira furor breuis est: animum rege; qui nisi paret,
imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena.

TESTIMONIA.

55 Hieronymus aduersus Iouinianum II c. 12 [Vallars. II 342[a]] Ioannes Saresber. policrat. 8, 6 Hieronymum laudans 56 'semper auarus eget' Hieronymus comm. in Ecclesiasten c. 5 [Vallars. III 430[c]] Isidorus orig. X s. u. 'auarus' Columbanus ad Sethum u. 37; florileg. Paris. 8818[a]; in Aquigrano palatio u. 67 ed. Dümmler. [Haupt. antiqu. Germ. annal. XII 463] 'certum — finem' Ioannes Saresberiensis policr. VII 23 57—59 'inuidus — tormentum' florilegium Paris. 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68; sed utrobique et in florileg. Nostradam. post u. 57 hic legitur pentameter: 'et uidet illius prospera cum lacrimis' 57 Lactantius ad Statii Theb. I 127 58 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. VII 24: 'nec leue tormentum credas (sc. inuidiam), quo nullum grauius potuerunt Siculi excogitare tyranni' u. 61 om. floril. Nostrad. 62 sq. floril. Par. 8818[a] Hildeb. mor. phil. p. 980 Vincent. Bell. specul. histor. VII 68 62 cf. Seneca de ira I 1, 2: 'quidam ex sapientibus uiris iram dixerunt breuem insaniam' Themistius or. de amicitia p. 7 D.: '*ἐγὼ δ' οἶμαι τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι*'

VARIA LECTIO.

pr.) *Hildebertus* acesit ε *p. ras.* (*g corr.*) acestit γ 2 ascessit *florileg. Nostradam.* 55 Semper uoluptates nocent ε 1 *ut uid.* S*pne* ε empta] *omis. A pr.* dolor : : ε 57 ma*crescit* δ *ut uid.* macrescit *cett.*″ ς″ *cons. r* marcescit σ 1 *y floril. Nostr. et Parisin.* 8818[a] *Hildebertus Vincentius* *de pentametro post hunc uersum in florilegiis interpolato uide testim.* *u.* 58 *omis.* δ 1 58 Inuida ε 59 maius] magis *florileg. Parisin.* 8818[a] *opp. Nostradam.* irae *A′ E* γ ε (*et Lips.*) *Pf. gloss. Γ* ire *a* 2 *g l* 2 (*et fort. Lips.* 1) *florileg. Nostradam.* iram *F* λ′ 1 δ 1 *A* 2 (*et* π 1) aeuum *Pph.*; *posteriora tempora uerbum moderari cum accusatiuo coniungere solebant* 60 uelet ε et mens] exmens *y H. Stephanus opp. florileg. Nostradam. et uide Rothmaler. de Hor. uerborum inuentore, Berol.* 1862 *p.* 21 amens *y* [*cod. Vatic.* (?) *in Mureti uar. lect.* 18, 3]; ***habemus ἓν διὰ δυοῖν*** 62 fu*ror* ε beuis ε *pr.* 63 Impera, et hunc *y* [*H. Stephani cod. uetustus* (?)] conpesce *A* γ *F* λ (ν) compesce *E* δ ε ς″ *florileg. Nostradam.* catena *A′* γ *F* λ′ δ ε ς″ (*et r corr.*)

fingit ecum tenera docilem ceruice magister
ire uiam qua monstret eques: uenaticus, ex quo
tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
militat in siluis catulus. nunc adbibe puro
pectore uerba puer, nunc te melioribus offer.
quo semel est inbuta recens, seruabit odorem
testa diu. quodsi cessas aut strenuus anteis,
nec tardum opperior nec praecedentibus insto.

TESTIMONIA.

66 sq. cf. Willelmus uita s. Thomae [Giles. I 183]: 'ceruinam pellem postquam latrauit in aula, militat in sylui catulus' Seruius ad Aen. VII 480: 'ceruinam catulus pellem latrauit in aula' 67—70 'nunc adbibe — diu' Reineri uita Wolbodonis 1 [mon. Germ. SS. XX p. 565] 68—70 'nunc te — diu' Hildebertus moral. philos. p. 983 69 sq. 'quo — diu' Augustinus de ciuit. I 3. florilegium Paris. 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 Ioannes Saresberiensis policrat. VI 4 metalog. II 7 Hincmarus Remensis epist. ad Carolum III Crassum c. 1 [historiae Francorum scriptor. ed. du Chesne II 485[b]] idem ad episcopos quosdam Franciae epist. c. 1 [II 487[c]]; uita s. Anselmi c. 4 [Giles. V 314] cf. Ioannes Saresberiensis policr. VII 9: 'quoniam et testa diutius seruat odorem eius, quo semel est imbuta recens' Hieronymus epist. 10 ad Paulum [Vallars. I p. 25[a]]: 'etiamsi aqua plena sit, tamen eundem odorem lagoena seruat, quo dum rudis esset, imbuta est' 69 florilegium Paris. 8069 omisso 'est'

VARIA LECTIO.

Hildebertus cathena *florileg. Nostradam.* at enis *E* 1 catenis *E* 2 (*σ* 2 *g*) *y* [*Bruxellens. Valentian. Zulichem.* 2 *aliqui codd. Cruquii*] cathenis *florilegium Paris.* 8818[a] catenę *r pr.* 64 fingite cum *Pph.′* ecum *v pr. ut uid. cons. Pph.′* equm *v corr. florileg. Nostr.* aequū *δ ut uid.* haequū *φ* aequū *ψ* equum *cett.″ ς″* 65 qua *E* (*ν* 1 ? *l*) *y* [*Bruxell. p. ras. Petrensis Valentian.* 1] *Bentl.* quam *cett.″ ς″ florileg. Nostradam. cf. Liu.* XXXII 11: 'pedites iubet, qua dux monstraret uiam, ire' *Vergil. Aen.* I 418: 'corripuere uiam interea, qua semita monstrat' monstret *E γ F λ′ δ ε* (*β′ π′ a r*) mostret *A* monstrat *ν σ g v y* [*Bruxell.*] *florileg. Nostradam. Bentl.* ęquęs *A* 66 Ceruinam pellem latrauit· tempore in aula *γ* pellā *φ* p//ellē *ψ* puellā *F* 1 ? lacerauit *y opp. etiam Seru. florileg. Nostradam.* 67 adbibe *A′ E γ F λ′ ε ς′* (*et* 4 *Bland.*) adhibe *δ* 1 *aut pr. ut uid.* (*β′ g*) *florileg. Nostr.* adibe *σ* 1 ? *r* adibe (b) *σ* 68 Pectorę *A* 69 inbuta *A′ E γ F λ′ ε* 1 (*π′ σ et β*) imputa *δ* 1 imbuta *δ* 2 *ε* 2 (*ν a* 2 *aut corr. l r v et Fran.*) *florileg. Nostradam. et Parisin.* 8069 ĭb: *g* recens] *omis. ε* 1 *add. ε* 2 *uu.* 70. 71 quodsi — insto] *del. Lehrsius* 70 strennuus *E* 71 operior *A′ γ* opperior *E* opperior *cett.′* nęc *A* ne[c] *E* precedentibus *γ*

III

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti priuignus, scire laboro.
*Thraecane uos Hebrusque niuali compede uinctus,
an freta uicinas inter currentia turris,
an pingues Asiae campi collesque morantur?
quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.
quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?
bella quis et paces longum diffundit in *aeuom?
quid Titius, Romana breui uenturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,

TESTIMONIA.

I 3. 2 scire laboro] isdem uerbis hexametrum finit imitator Horati Persius 2, 17 3 'compede uinctus' ecbas. captiui u. 248 et 308 9 cf. Auson. Mosell. u. 476: 'ibis in ora hominum laetoque fouebere cantu'

VARIA LECTIO.

I 3. AD IVLIVM FLORVM *E γ F λ' δ* (*π' σ a r v et Fran.*) *schol. Γ: y* [*Petropol. cons. Sorbonens.*] *add:* SATYRARVM SCRIPTOREM. *inscriptione carent A ε* (*ν g et β*) 1 milit*et δ* militet *cett.'' ς''* (*et Bland.*) *Pf.* militat *y* horis *E* 2 priuigenus *γ*

Threca *E* Tracha *γ F λ* Thraca *cett.'* ebriusq *E* conpede *A* (*et β*) *Pph.* compede *cett.' ς* (*et π' Fran.*) *Pf.* *u.* 4 *ad marg. A*

4 an] ac *Pph.'* uici*nas inter A: nas inter suppleuit A* 2, *abscisso A* 1*: item rres in* turres currencia *λ* turris *γ* 1 (*ν* 2 *a g*) *y* [*Bruxellens.* 1 *Mellicens. Parisin.* 8214] *Pph.'* tu*rres A* turres *E F λ' ε δ* 2 (*β' σ r v et Lips.*) *Porph.' bis in interpretat.* terres *δ* 1 terras *ν* 1 *y* [*V cod. Silu. ap. Cruq.*] praetulit *Bentl.;* terras (e ✝ turris) *y* [*π*]*; schol. Γ:* 'turres dixit has ciuitates, quia in alto sunt positae' *cf. Lucan.* VIIII 954 *de his ipsis oppidis:* 'Threiciasque legit fauces et amore notatum aequor et Heroas lacrimoso litore turres' lectio 'terras' propter terrarum *u.* 1, unde nata est, improbanda esse uideatur 5 colles (b) campiq (a), *σ* morantur (e) *v* 6 choors *A'* coors *γ* operum] *omis. γ pr.* struit *Ω'' ς''* struat *ν σ* 2 haec quoque *ω* 7 augus *A*

sumit *Ω'' ς''* sumat *ν σ* 2 sūmit *g* 8 paces] pacis *σ pr. y* pacem *y cf. epist.* II 1, 102 *Lucret.* V 1229 *Plaut. Pers. u.* 753 *schol. Γ:* 'Noue dictum, cum grammatici negent plurali numero declinari' diffundat *ν σ* 2 aeuum *Ω''* 9 *t*icius *ε* ticius *A γ* 10 Pyndarici *F λ* haustus] 'Haustu] num haustu?' *Pph.' Porph.' sed cf. Symmach. epist.* 9, 88 *p.* 174 *Sciopp.:* 'Gallicanae facundiae haustus requiro'

fastidire lacus et riuos ausus apertos?
ut ualet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa,
an tragica desaeuit et ampullatur in arte?
quid mihi Celsus agit, monitus multumque monendus,
priuatas ut quaerat opes et tangere uitet
scripta Palatinus quaecumque recepit Apollo,
ne, si forte suas repetitum uenerit olim
grex auium plumas, moueat cornicula risum
furtiuis nudata coloribus? ipse quid audes?
quae circum uolitas agilis thyma? non tibi paruom
ingenium, non incultum est et turpiter hirtum:
seu linguam causis acuis seu ciuica iura
respondere paras seu condis amabile carmen,
prima feres hederae uictricis praemia. quodsi

TESTIMONIA.

14 'tragica — arte' glossarium Mai classic. auct. VIII 55 16—20 'Priuatas — coloribus' Reineri de ineptiis cuiusdam idiotae libell. 2 [mon. Germ. SS. XX p. 603] 17 cf. Ioannes Saresberiensis policrat. II 26: 'scripta Palatinus qu: tenebat Apollo' 18—20 'quod (quid Vincent.) si forte — coloribus' florileg. Nostradam. Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 18 sq. cf. Auianus fab. 5, 3: 'ne detracta grauem faciant miracula risum' 19 'moueat — risum' Seruius ad Aen. XI 522 23—25 'seu ciuica — prima feres hercle uictricis praemia palmae' Pseudoacron uolgatus (Wolfenbutt.) c. I 10, 1; non noster Acr. 24 Pseudoacron uolgatus ad art. poet. 436, non noster Acr. 25—29 'Quod si — cari' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

12 Vt *ual*et ε minit ε 14 thragica *E* traica *A* desaeuit *E* φ (*a*) deseuit *cett.*′ ς″ aụrtes γ 15 ait (†agit) γ ait (g) δ agit *cett.*″ ς″ *Pph.*′ 16 querat *E* γ λ uitæ (s) φ 19 cornicula Ω″ ς″ *florileg. Nostradam. Reinerus* uulpecula *Seruius cf. adnotat. epist.* I 7, 29 risu ε 20 mundata ε *a. ras.* 21 thima *E* γ δ ε paruom (v) *y* [π] paruum Ω″ ς (*et* β′ *Lips.*) 22 nō λ et *A*′ *E* γ δ ε (*ν σ g v et β π* 1) *Bentl.* nec *F* λ′ (*r v* 1 *uar. et π* 2 *Fran. Lips.*) non *y* hyrtum *F* λ′ hyrcum γ 23 ciuia ε 24 Responsare *E* 25 hederae *E* 1 γ φ δ ε (*ν l* 2 *aut corr. v et Fran.*) (h)ederę ψ edere λ ęderae *A* (*a* 2) ederae *E* 2 (*σ a* 1 *l* 1 *aut pr. r*) premia *A* φ quod si] q· si *E* 1 quidsi ·*l pr.* *u.* 26 *post u.* 27 *pon. Hitzigius; ordi-*

frigida curarum fomenta relinquere posses:
quo te caelestis sapientia duceret, ires.
hoc opus, hoc studium parui properemus et ampli,
si patriae uolumus, si nobis uiuere cari.
debes hoc etiam rescribere, sit tibi curae
quantae conueniat Munatius, an male sarta
gratia nequiquam coit et rescinditur ac uos
seu calidus sanguis seu rerum inscitia uexat
indomita ceruice feros? ubicumque locorum

TESTIMONIA

28 sq. Ioannes Victoriensis p. 271 B. 28 "'parui properemus' ut e contrario 'ampli' diuites dicuntur" schol. Vergil. eclog. 7, 29 29 cf. ecbasis captiu. u. 516: 'si uolumus genti, si nobis uiuere cari' 31—35 'Heu male parta — Diuitis' florileg. Nostradam. 31 sq. Hieronymus contra Ruffinum I 1 [Vallars. II 459[b]]: 'Flaccus quoque in epistola quam scribit ad Florum: male, ait, sarta gratia nequidquam coit et rescinditur' 32 cf. Petronius 113: 'credo ueritus, ne inter initia coeuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet'

VARIA LECTIO.

nem cum aliis libris tum et florilegio Nostradamensi traditum retinere maluimus cons. Porph.′ 26 tormenta *coni. Iones u.* 27 *omis. ε pr.* 27 caelestis *Ω″* celestes *florileg. Nostradam.* sapiencia *λ*

† uolum'

29 patrie *γ λ* uulumus *ε* cupimus *v opp. Pph.′ florileg. Nostradam. Ioann. Victoriens.* kari *v y* [*Basil. Petropolit.*] 30 sit *A′ E γ F λ′ ε δ* 2 *ς″* (*et omn. codd. Cruq.*) *Pph.′ Porph.′ gloss. Γ;* si *δ* 1 *A p. ras. y;* sit, *t in ras. v: ergo* sit *v* 1, si *v* 2, si*t v* 3; si tibi curae est *Bentl. ex coniectura.* 'deest an, ut sit sensus: an sit tibi curae Munatius' *Porph.′* cure *λ* 31 Quante *A λ δ* 1 Quam te *Muretus* conueni//// *A* conuenit *E pr.* (*a*) minatius *v a* 1 (*et π pr.*) minacius *g* (*et Lips.*) numatius *v y* 32 Gracia *A ε* nequiquam *E γ* 1 *F λ′ δ ε* (*v σ a r* 2 *v et β π*) *Pph.′ Porph.′* nequicquam *A γ* 2 (*et Fran. Lips.*) *florileg. Nostradam.* nequitquam *g* ne qui//quam

†e

r cogit *γ* ac *Ω″ ς″ flor. Nostr.* at *v y* at *y ω ante Bentl.* 33 Seu . . . seu *γ* 2 *superscr.* (*σ*) *y* [*Gronou.* 1 *Zulichem.*; Seu *etiam miniator cod. Paris.* 8214] *ω* [*Venet.* 1481] Heu . . . heu *Ω″ ς″* (*et omn. Bland.*) Heu . . . et *florileg. Nostradam.* aut . . . aut *interpret. schol. ε cons. schol. Γ* rerum] ueri *suspic. Bentl. opp. florileg. Nostradam.* insciscia *ε* ue*x*at *E* uersat *y* 34 ferox *γ* 1 locorum] colorum *A*

uiuitis, indigni fraternum rumpere foedus,
pascitur in uestrum reditum uotiua iuuenca.

IIII

Albi, nostrorum sermonum candide iudex,
quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
scribere quod Cassi Parmensis opuscula uincat,
an tacitum siluas inter reptare salubris,
curantem quicquid dignum sapiente bonoque est?
non tu corpus eras sine pectore: di tibi formam,
di tibi diuitias dederunt artemque fruendi.
quid uoueat dulci nutricula maius alumno,

TESTIMONIA.

35 cf. ecbasis captiu. 519: 'indigni quocunque sumus disrumpere foedus'

I 4. uu. 8—14 florileg. Nostradam. 8—11 'quid — crumena' Ioannes Saresberiensis metalog. I 7

VARIA LECTIO.

35 *ru*mpere *δ* fedus *λ* foedus *cett.'* *commate post* uiuitis *omisso punctum post* foedus *pon. cum alii tum Doederlinus*

36 *P*ascitur *δ*

I 4. AD ALBIVM TIBVLLVM (TEB: *a; om. σ*) *E γ* (*σ a et Lips.*) AD ALBIVM (TEB: *add. Fran.*) ELEGOR̷ (ELEGIUM *Fλ'v* ELEGIORŪ *π r* 1 *et Fran.*) SCRIPTOREM *F λ' δ* (*r p. ras. v cons. Fran.*) 1 A^ALBI *A* 2 regine *E* 3 cassi *A' E γ ε pr. ut uid. Pph.'* cassii *F δ a. ras. ε corr.* casu *λ* 4 interreptare *δ ε* (*σ g r v* 1) inter reptare *A' E F λ'* (*β' π' v* 2) *Pph.' cons. γ; perexiguo interuallo plures: interreptare alibi non inuenitur* reptare] tēptare *γ pr.* salubris *γ* 1 (*σ* 2 *et π* 1) *Pph.'* salubres *cett.''* ς (*et β' Lips.*) 5 quicquid *Ω''* ς (*et β' Lips.*) quitquit *g* quidquid *y* [*π a. ras.*] bonumque *γ* (*et π a. ras. π uar.* 1 *Bland.*); *v parum liquet* 6 cum tu corpus eras sine pectore, di *Mutherus* eris *Praedicowius et Horkelius* di *A' E γ F λ'* dii *δ ε ψ corr. λ* 2 Di *A' E γ φ λ'* Dii *ψ δ ε* 7 diuicias *λ* dederunt *A' γ F λ' δ ε* (*v* 1 *et β* 1 *ut uid. π* 1 *omn. Bland.*) dederant *E λ corr.* (*ν σ g r v* 2 *et Fran. Lips.*); *schol. Γ:* 'metri ratione breuem syllabam fecit dederunt' *gloss. ε repetiit in margine DEDERUNT ut formam memorabiliorem. Tibull.* IIII 5, 4: 'dedĕrunt' *et cf. Hor. epod.* 9, 17 *serm.* I 10, 45 8 foueat *ε* 1 maius] magis *A*

qui sapere et fari possit quae sentiat, et cui
gratia fama ualetudo contingat abunde,
et mundus uictus, non deficiente crumina?
inter spem curamque, timores inter et iras
omnem crede diem tibi diluxisse supremum:
grata superueniet quae non sperabitur hora.
me pinguem et nitidum bene curata cute uises,
cum ridere uoles, Epicuri de grege porcum.

TESTIMONIA.

12 sq. tractatus de duce Ernesto 38 [VII 247 H.], sed 'credo' . . . . 'mihi' 13 sq. Thomas Cantuarensis epist. 325 [p. 231 Gil.] Ioannes Saresberiensis policrat. II 27 13 cf. Martial. IIII 54, 3 sq.: 'si sapis, utaris totis, Colline, diebus, extremumque tibi semper adesse putes' 14 Hildebertus moral. philos. p. 976 uita Adalberonis c. 12 [Pertz. XIIII = XII 135] ecbasis captiui u. 219 15 sq. Hieronymus aduersus Iouinianum II c. 12 [Vallars. II 342ª] idem huc respicit adu. Iouin. II c. 36: 'Epicurum nostrum sudantem in hortulis suis, inter adulescentulos et mulierculas alloquamur; fauent tibi crassi, nitidi, dealbati . . . quoscumque formosos, quoscumque calamistratos, quos crine

---

VARIA LECTIO.

9 Quam sapere et fari ut possit, quae sentiat, utque *Lambinus* Qui *E* 1 *δ* 1 *ε* 1 (*l et β* 1 4 *Bland.*) *Cui ε* Qui[n] *ψ λ δ* 2 (*et π*) Quin *φ* Quin *A′γ E* 2 (*g r et Lips.*) Quam *ν σ υ* (*et Fran.*) *y florileg. Nostradam. Ioannes Saresber.* 'nisi ut' *gloss. Γ* quae] q.[ue] *A* 10 Gracia *A* ualitudo *γ* (*β′g r* 1) *florileg. Nostradam.* continguat *ψ a. ras. y* contingit *δ* 1 habunde *γ δ ε* 11 Et mundus *A′E γ δ* 2 (*β′ν σ g r et π corr. Lips.*) *Ioannes Saresber.* Et modus et *F λ′δ* 1 (*υ et π a. corr.*) *flor. Nostradam.* Et mu[n]dus *ε; gloss. Γ:* 'i. e. moderata uita'. Et domus et *Bentleius*, *sed cf. Ammian. Marcellin.* XXVIIII 5: 'mundiore uictu stipendioque milite recreato' *Auson. grat. act. p.* 291 *ed. Bipont.:* 'uictum, uestitum, supellectilem, munda, non splendida' *epist.* I 5, 7: 'munda supellex' crumina *A′γ F δ ε* (*ν π′r*) crumena *E ψ corr. λ′* (*β′σ g υ*) *florileg. Nostradam. cf. Iuuenal.* 11, 38: 'deficiente crumina' (*uar.* culina) Camena *Boivinus* *uu.* 12—14 *hic delendos et post epist.* 3, 19 *transponendos esse censuit Schützius opusc. p.* 334 *opp. florileg. Nostradam.* tumores inter et iram *E* (*non g*) *sed cf. Statius Theb.* V 425 *sq.:* 'postquam timor iraque cessit uoltibus' iram *E y* [*Basil.*] 13 supraemū *A* *u.* 14 *om. g opp. florileg. Nostradam.*] 14 super ueniat *A* 1 *ε* 1 (*l* 1) *opp. florileg. Nostradam. ecbas. captiui Hildebert. Thom. Cantuarens. uita Adalberonis* que *λ* 15 curata *δ* curuata *l* 1 *u.* 16 *pars non extat in ε* 16 cū grege *E*

V

Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis
nec modica cenare times holus omne patella,
supremo te sole domi, Torquate, manebo.
uina bibes iterum Tauro diffusa palustris
inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum:
si melius quid habes, arcesse, uel imperium fer.
iamdudum splendet focus et tibi munda supellex.
mitte leuis spes et certamina diuitiarum
et Moschi causam: cras nato Caesare festus
dat ueniam somnumque dies; impune licebit
aestiuam sermone benigno tendere noctem.

TESTIMONIA.

composito, quos rubentibus baccis uidero de tuo armento sunt, immo inter tuos sues grunniunt' Ioannes Saresberiensis policrat. VIII 6 laudans Hieronymum

I 5. 7 cf. vita Benedicti abbatis Clusensis c. 6 [Pertz. XIIII = XII 201]: 'splendeat ut focus, sciphorum, lancis et cantari esset munda supellex' 8 florileg. Nostradam. 11 cf. Hieronymus epist. 130 ad

---

VARIA LECTIO.

AD TORQVATVM *E γ F λ′ δ* (*σ a r v et Fran. Lips.*), *E* (*et Lips.*) *y add.* ORATOREM 1 archiacis *Ω″ ς″* (*et codd. Bland.*) *schol.* [† arcaicis] *Γ Pph.′ Porph.′* archiacis *ν* archaicis *y ω commentator Cruquianus* arcanis *y* 'Archias breues lectos fecit, inde Archiaci dicti sunt' *Porph.′*

2 cęnare *γ ε* cenarę *A* olus *E Pf.* holus *cett.″ ς″ Pph.* 4 tauro *δ* palustris *ε* (*g r et π* 2 *Lips.*) *y* palustri *A′*1 *δ* 1 ? (*et Fran.* 2 *uar.*) palustres *cett.′ A′*2 *δ* 2 *ς* (*et β′ π* 1) 5 menturnas *γ* (*a*) meneturnas *A* sinuesanum *γ δ* 6 Si *Ω″ ς″* (*et omn. codd. Cruquii*) Sin *ω: hac uero particula nusquam utitur Flaccus* arcesse *A′ γ F λ′ δ ς″* arces se *ε* accerse *E* (*l* 2 *v*) *cf. Fea ad h. l.* inperium *λ* (*v*) īp: *g* fer] *euanuit ε u.* 6 *post u.* 7 *pon. y* [1 *cod. Feae*] *Fea; u.* 7 *in margine exhibet y* [*Bruxell.*] *u.* 7 *del. Gruppeus*

7 Iam dudum (Iamdudum *δ a Lips. alii*) *Ω″ ς″* iandudum *Hauptius* supe[l]lex *δ* 8 leuis *A′ E γ* 1 (*ν σ* 2 *g r pr. ? et π*) leues *cett.′ A* 2 *γ* 2 (*β′ σ* 1 *v et Lips.*) *florileg. Nostradam.* diuiciarum *A*, *ε non liquet;* diuitiorum *Doederlini suspicio opp. florileg. Nostradam.* 9 Moschi c:] c: Moschi *y editores quidam* (*Fea Meinekius alii*) *opp. Ω″ ς″ Pph.′* cesare *A λ* f : : : : s *ε* 10 sonumque *γ* inpune *A γ λ δ ε* (*ν π′ σ et β*) *Pph.* impune *E F* (*a g l r v et Fran.*) *Pf.* lic : : : *ε* 11 Estiuā *A* Aestiuam *cett.′* Festiuam *y* [*Berolin.* I

quo mihi fortunam, si non conceditur uti?
parcus ob heredis curam nimiumque seuerus
adsidet insano. potare et spargere flores
incipiam patiarque uel inconsultus haberi.
quid non ebrietas dissignat? operta recludit,
spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,
sollicitis animis onus eximit, addocet artis.

TESTIMONIA.

Demetriadem [Vallars. I p. 991^{e}]: 'numquam dies tibi longi erunt; sed, quamuis aestiuis tendantur solibus, breues uidebuntur' 12—14 'Quo — insano' florileg. Nostradam. 12 'quid michi diuitie, si non conceditur uti?' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 uu. 16—20 florileg. Nostradam. 16—19 Hildebertus moral. philos. p. 986 16 schol. Γ epist. I 7, 6

VARIA LECTIO.

1 *cod. Bormansi* (*Zimmermanni annal.* 1838 *p.* 616) *Louaniensis Sorbonens.* 1 *ut uid.*] *Meinekius; gloss. Γ interpret.*: 'breuem', *et cf. Hieronym. quem supra laudauimus et Calpurn. ecl.* 1, 1—3: 'nondum Solis equos decliuis mitigat aestas, quamuis et madidis incumbant prela racemis et spument rauco feruentia musta susurro'. *denique lectio* 'festiuam' *propter* 'festus' *u.* 9 *minus probanda esse uideatur* extendere *y ω* *uu.* 12—20 *del. Gruppeus* 12 quo] Quod *γ* Quid, *uar.* quo *σ* Quo *etiam florileg. Nostradam.* fortunam *E F λ′δ a. ras.* (*π′g* 1 *r*) *gloss. ε et ut uid. A* 1′ *ε a. ras.;* fortuna *γ δ p. ras.* (*β′σ g* 2 *v*) *florileg. Nostradam. et ut uid. A* 2′ *ε p. ras.* (*et codd. Bland. ut uid.*) *Doederlinus* (fortuna *v* 1 *an v* 2 *non liquet*) fortunae *y Fea* fortuna ẽ *y* [*Zulichemian.*] *siue Diuaei cod.* fortunas *y* [1 *cod. Valarti* (*??*)] *Muretus Lambinus alii; cf. Ouid. amor.* II 19, 7: 'quo mihi fortunam, quae numquam fallere curet?' *ibid.* III 7, 49: 'quo mihi fortunae tantum . . .' *Catonis distich.* 4, 16: 'quo tibi diuitias, si semper pauper abundas?' *serm.* II 5, 102 conceditur] ceditur *ε* 14 Adsidet *A′E F λ δ* (*β′v π′r*) Assidet *γ ε* (*σ g l v*) *florileg. Nostrad.* portare *A a. ras.* 15 paciar *E λ ε* 16 ebritas *A* hebrietas *φ λ′ε corr.* dissignat *A E γ ψ φ corr. λ′δ* (*β′v r et π*) *schol. Γ epist.* I 7 designat *φ pr. ε* (*σ a g v et Lips.*) *Pph.′ florileg. Nostr. Hildebert.; Porph.′ interpr.*: 'aperit' 17 in proelia *ω* proelia *A E γ F λ′* p̄lia *δ ε* inertem *E ψ corr. ε* (*π′σ r*) *gloss. Γ uar.* in-
†inermem
hertem *δ* 1 (*v*) inermem *A′γ λ′δ* 2 (*β′σ* 2 *g*) *florileg. Nostrad.* inermem *F* (*sic*) inermen *v* inermes *Hildebertus; cf. Senec. de ira* I 13, 3. 4: 'utilis, inquit, ira est, quia pugnaciores facit. isto modo et ebrietas: facit enim proteruos et audaces, multique meliores ad ferrum fuere male sobrii . . . et mortis timor etiam inertissimos excitauit ad proelium' 18 & doc& *E opp. floril. Nostr.* ad//docet *A*

fecundi calices quem non fecere disertum,
contracta quem non in paupertate solutum?
haec ego procurare et idoneus imperor et non
inuitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
conruget naris, ne non et cantharus et laux
ostendat tibi te, ne fidos inter amicos
sit qui dicta foras eliminet, ut coeat par
iungaturque pari: Butram tibi Septiciumque

TESTIMONIA.

19 schol. Γ epist. I 15, 20: 'ut supra: facundi — disertum' cf. ecbas. captiu. u. 738: 'Treuirici calices quos non fecere loquaces?' 21 sq. 'haec — inuitus' Seruius ad Aen. X 444 22 sq. 'ne turpe — nares' glossarium Mai tribus locis classic. auct. VIII 153. 501. 582 uita Benedicti abbatis Clusensis c. 6 [Pertz. XIIII = XII 201] cf. ecbas. captiu. uu. 1017 sq.: 'praeuideas ne turpe toral nec sordida mappa, sordidus aut dapifer nares conruget edentum' 22 'ne turpe toral apocope est' Seruius ad Aen. I 701 'ne sordida mappa' Seruius ad Aen. II 272 23 Quintilianus instit. XI 3, 80: 'nam et corrugare nares Horatius ait . . . indecorum est' 24 sq. 'ne — eliminat' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

artis *y* [*Montepessul.*] artes Ω″ ς″ *florileg. Nostradam.*
19 Fecundi *F* ε (*β′ σ a g l v*) *schol. Γ* (*v*; foec. *Fran.*) *epist.* I 15 *bis floril. Nostr. Hildebert.* Fecumdi λ Faecundi γ (*v r et π corr. cons. Lips.*) Fancundi *A* Facundi *E* δ (*et π pr.*) *schol.* γ *Bamb. epist.* I 15; *cf. Ouid. metam.* XIIII 791: 'lurida supponunt fecundo sulphura fonti' *trist.* V 12, 37 *sq.*: 'denique non paruas animo dat gloria uires et fecunda facit pectora laudis amor' dissertum δ (*et π*) desertū *l pr. y* 21 ego] ergo γ *a. ras.* λ *a. corr.* et idoneus procurare (prucarare γ *pr.*) imperor γ inperor *y* [*β*] *opp. Pph.′ Porph.′ Seru.*
23 Conruget *A′ E F* λ′ ε δ 2 *y* [*Bamberg. Barcin. Bruxell. Gronou. Mellic. Parisin.* 8214 *Reginens.* 1] *ecbasis captiui* Congru& δ 1 Corruget γ (*β′ π′ σ r v*) *cons. Pph.′* (*v* 1 *non liqu.*) naris *A′ E y* [*π Mellicens.*] *Pph.′* nares *cett.′* ς (*et β′ Lips.*) nec non et *β′ v g opp. Pph.′* cantarus δ ε *opp. Pph.′* lans *F* λ′ (*π′*) 25 foras seliminet *A* eliminet] *sic, sed* iminet *in ras.* ε eliminat *y florileg. Nostrad.*
post eliminet *punctum ponit Paulyus*, *comma Ribbeckius* ut *A′ E* γ δ ε ς′ (*et β′ π* 1 *aut pr.*) et *F* λ′ (*et π* 2 *aut corr. Lips.*) 26 butram *A* γ φ ε δ 2 (*β′ v π′ g r*) brutam *E* ψ λ′ (*σ et codd. Cruquii*) *butrā* δ (*a*)
† butrā
brutam *v*; BVTRA *apud Gruter. p.* 1071 *et* 1521. Brutum ω
† septiciū
septitium γ septicium *cett.′* ς″ septicium *r* septimium *v* septimium *y* ω ['Septimium Septitiumue, utrumque est in scriptis' *Cruq.*]

et nisi cena prior potiorque puella Sabinum
detinet adsumam. locus est et pluribus umbris;
sed nimis arta premunt olidae conuiuia caprae.
tu quotus esse uelis rescribe et rebus omissis
atria seruantem postico falle clientem.

VI

Nil admirari prope res est una, Numici,
solaque quae possit facere et seruare beatum.
hunc solem et stellas et decedentia certis
tempora momentis sunt qui formidine nulla
imbuti spectent. quid censes munera terrae?

TESTIMONIA.

30 cf. Martialis epigr. XIIII 217: 'dic quotus et quanti cupias cenare' 31 Seruius ad Aen. II 453

I 6. 1 sq. florileg. Nostradam. Iohannes de Monsterolio epist. 70 ap. Marten. uett. scriptt. ampl. coll. 1437[e] 2 cf. Ioannes Saresberiensis policrat. VIII 24: 'quae sola possunt facere et seruare beatum'

VARIA LECTIO.

27 cena *E* δ (β′σ *g v*), *omis. A* (*a in ras.*); caena *cett.* (ν π′*r*) pocior λ que] *omis.* ε 28 adsumam *E* ad sum̄mā *A* ad summam ε (ν σ *l* 1 *r v et Lips.* 4 *Bland.*) *gloss.* Γ adsum̄mam *cett.*′ (β′π′ *a l* 2) adsūmū *g* *u.* 29 *del. Gruppeus sed cf. epod.* 9, 35 29 Set γ Sed *cett.*″ ς (*et* β π′) *Pph.*′ arta Ω″ ς″ (*et omn. codd. Cruq.*) *Pph.*′ olidee *A* olide λ δ 1 caprę *E* 30 rescribę φ rescribere δ 1 ε rescribit *l pr.*

I 6. AD NVMICIV̄ (NVMITIUM *v et Fran.*) γ (*v et Fran.*) AD NVMICVM *F* λ′ δ (*a r et Lips. qui addit:* DE ADMIRACIONE) Ad numiciū de ammiratione & Cupiditate rerū *E cons. y; inscr. omis. A* ε (ν σ *g et* β π) *In hac epistula Bouhierus complures excogitauit uersuum transpositiones, quas non notauimus* 1 Nichil *A* Nihil *Pph.*′ ·il γ admirari *A*′γ 1 *F* λ δ ς (*et* π′ *l* 2) *Pph.*′ *flor. Nostr.* ammirari *E* γ 2 (β′ *l* 1) properes. *distingunt multi codd.* prope, *Sanadonus* 2 solaque quae] Sola quaeq: *l* Sola que *florileg. Nostr.* solaque] Solaq; /// λ Solaq //// γ Sola /// ε 3 Nunc λ′*y* ω hinc *Bouhierus* decedencia λ 5 Inbuti δ ε (ν σ *v et* β) Imbuti *A*′ *E* γ *F* λ′ (π′ *g r et Fran.*) spectant ε (*et Fran.*) *y* tærrę *A*

quid maris extremos Arabas ditantis et Indos
ludicra? quid plausus et amici dona Quiritis?
quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?
qui timet his aduersa, fere miratur eodem
quo cupiens pacto: pauor est utrobique molestus,
inprouisa simul species exterret utrumque.
gaudeat an doleat, cupiat metuatne: quid ad rem,
si, quicquid uidit melius peiusue sua spe,
defixis oculis animoque et corpore torpet?

TESTIMONIA.

uu. 7—32 florileg. Nostradam. 7 Diomedes lib. I p. 327 K.: 'Flaccus in satura Quiritem dixit' (= Pers. 5, 75) Seruius [Sergius] comment. in Donatum p. 432 K.: 'sed legimus apud Horatium hunc Quiritem, ut sit nominatiuus hic Quiris' 12 'gaudeas an doleas, cupias metuasue quid ad rem?' Hildebertus lib. de querimonia et conflictu carnis et spiritus p. 945

VARIA LECTIO.

u. 6 *omis. E pr., add. ead. m.* 6 Quid : : aris ε arabes *F* λ′ (β′) arabas *cett.*′ ς′ et] *omis. A* 7 : : : dicra ε 'ludicra] inania' *gloss. Γ. plerique editores et codd. aliquot* (*l* 2 *Fran.* 2) *interpungunt post* quid; *alii ut codd. g l* 1 *y* [β *Basil. Bruxell.* 9777 *Parisin.* 8214 *Valentian.*] *interpungunt post* ludicra, *aut subiectionem hic esse censentes* (et Indos? 'ludicra', quid plausus . . .) *aut maris* ludicra *unam notionem efficere putantes* (et Indos ludicra? quid plausus . . .); *contra Doederlinus legit:* 'ludicra quid plausus et amici dona Quiritis?' plausus *pro genetiuo accipiens; idem impugnat eorum opinionem, qui* ludicra *ludos publicos esse contendunt* I *p.* 91 *sq.* plaus*us et amici* δ plaususque *florileg. Nostradam.* 8 quo spe] *abscissa in* ε credis δ 9 his *A*′ *E* γ δ 1 ε ς″ *schol. Γ florileg. Nostradam.* is *F* λ′ δ *p. ras. y* 10 est] *omis.* φ ε utrubique *A E* utrobique *cett.*′ ς″ (*et omn. codd. Cruq.*) *florileg. Nostradam.* utrique *y* ω in utroque *y* 11 Inprouisa Ω″ ς″ *florileg. Nostradam.* Impr: *g* speties *A* exterret utrumque γ *F* λ′ δ ε ς″ *florileg. Nostradam.* exterruit utrū *E* (*a* 1) exterruit. utrumque *A* exterret] exercet *y* [1 *cod. Feae*] *Marklandus cf. uar. lect. Vergil. georg.* III 434; externat *Iacobsius lection. Venus. p.* 157; *Vergil. Aen.* XI 806 *sq.:* 'fugit ante omnis exterritus Arruns laetitia mixtoque metu' *Lucret.* II 1040: 'nouitate exterritus ipsa' 12 cupiat] *omis.* ε metuatne Ω″ ς″ (*et omn. codd. Cruq.*) metuat*ne* ν metuat^{ne} *r* metuatue *A* 2 ω *florileg. Nostra.d Hildebertus* 13 quicquid Ω″ ς″ quidquid *g y* peiusne δ *y* peius*ue* ε peiusue *cett.*″ ς″ *florileg. Nostradam.* peiusque *y Fea*

insani sapiens nomen ferat, aequs iniqui,
ultra quam satis est uirtutem si petat ipsam.
i nunc, argentum et marmor uetus aeraque et artis
suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores;
gaude quod spectant oculi te mille loquentem;
nauos mane forum et uespertinus pete tectum,
ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus et (indignum, quod sit peioribus ortus)
hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.
quicquid sub terra est, in apricum proferet aetas,

TESTIMONIA.

15 sq. Ioannes Saresberiensis policr. I 4 et IIII 9 Ioannes Victoriensis VI 1 p. 418 B. 16 cf. Ioannes Saresberiensis policr. III 9: 'quis enim uirtutem amplectitur ipsam?' 24 ecbasis captiui u. 472

VARIA LECTIO.

uu. 15 *sq. subiectionem esse coni. Doederlinus* 15 Insanis *A* Ins: sapiens nomen *Ω″ ς″ florileg. Nostradam. cons. Pph.′* Ins: nomen sapiens *y et editores quidam, qui et in antecedente epistula u.* 9 *iustum uerborum ordinem temere immutauerunt; cf. Ouid. fast.* II 717: 'Brutus erat stulti sapiens imitator' ferat] feret *y florileg. Nostradam. Ioannes Saresber.* equs *florileg. Nostradam.* equus *A* aequus *cett.′* 16 est] et *Doederlinus*, *sed cf.* 7, 82 *sq.*: 'ultra quam satis est' uirtute *ε* petat *E F λ′ δ ε* (*ν υ et π Fran.*) *florileg. Nostradam. Ioannes Victoriensis* peteat *A* petet *γ* (*a g r et β Lips.* 2 *Bland.*) *Io. Saresb.* petit *σ* 17 era *E φ λ* et artis *om. flor. Nostr.* artis^{pe} *y* [*Montepess.*] art^{cu}ẹs *A* artes *cett.′ ς″ Pph.′* 18 Suspice *γ F δ ε A* 2 *λ′* 2 (*ν σ* 2 *g r υ et β Lips.*) *gloss. Γ* Susspice *a* Auspice *florileg. Nostradam.* Suscipe *A* 1 *E λ′* 1 (*σ* 1 *et π pr. Fran.*) *Pph.′ Porph.′ in textu* ['quidam libri ueteres habent suscipe' *Cruq.*] tirios *E γ* tu et hos *florileg. Nostradam.* 19 spectant *A′ γ F λ′ δ ε ς″ Pph.′ florileg. Nostradam.* spectent *E* (*ν*) *y gloss. ν* 20 Na^{v}uos *l* Nauus *Ω′ ς* (*et β′ π* 1 *omn. codd. Cruquii*) Gnauus *λ* 2 (*υ et Lips.*) *y floril. Nostradam.* tecū *E* 1 21 ne] Me *y Dacierus post* Mucius *et post* illi *interrogandi signa ponens* 22 Mutus et *Ω″ ς* (*et β π′ omn. codd. Cruq.*) Mutus ut *y* [*Fran.*] Mutius *ω florileg. Nostradam.* Mucius *ω* MVTOS *in inscriptionibus reperiri iam Bentl. uidit* indignus *E A* 2
quod] qui *malebat Bentleius opp. florileg. Nostradam.* illi, quicquid *distinguit Doeringius* 24 Quicquid *Ω″ ς* (*et β′ Lips.*) *florileg. Nostr.* Quidquid *g* (*et π* 1) in apricum] in lucem *y* in apertum *y flor. Nostr.* proferet *E ε A* 2 (*ν σ* 2 *g* 2 *l* 2) *Pph.′ florileg. Nostr. ecbasis*

defodiet condetque nitentia. cum bene notum
porticus Agrippae et uia te conspexerit Appi,
ire tamen restat Numa quo deuenit et Ancus.
si latus aut renes morbo temptantur acuto,
quaere fugam morbi. uis recte uiuere (quis non?):
si uirtus hoc una potest dare, fortis omissis
hoc age deliciis. uirtutem uerba putas et
lucum ligna: caue ne portus occupet alter,
ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas;

TESTIMONIA.

25—27 'cum bene notum porticus Agripennio te conspexerit, Apii ire tamen restat in uia, quo deuenit et Ancus' Hildebertus moral. philos. p. 992 25 sq. cf. Ouid. ex Ponto II 4, 19 sq.: 'nos fora uiderunt pariter, nos porticus omnis, nos uia, nos iunctis curua theatra locis' 31 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. VII 12: 'errant qui uirtutem uerba putant, ut lucum ligna'

VARIA LECTIO.

captiui ꝑferet (†a) *v* proferat *A′ γ F λ′* (*β′ π′ σ* 1 *r*) ꝑfer///& *δ* profert *g* 1 profer! at *Praedicowius* 26 agryppe *λ* et] *omis. A′ E γ* (*ν π′ g r et β*) *Botheus exhibent F λ′ δ ε* (*σ v et Fran.*) *floril. Nostradam.; Porph.′ et schol. Γ in interpretatione habent* 'et' appii *F λ δ ε* appi (*ꝑ appii*) *ν* 27 quouenit (*de*) *φ* qđ (uo) *ψ* *u.* 28 *del. C. F. Hermannus progr. Marburg.* 1838 *p.* 15; *quamquam test. Pph.′ Porph.′ floril. Nostr. et iam Serenus Sammonicus hunc locum imitatus est* 29: 'portio si capitis morbo temptatur acuto' 329: 'si latus immeritum morbo temptatur acuto' 28 aut renes] aurenes *A* 1 *λ* et renes *r pr. v y opp. Pph.′ floril. Nostr.* temptatur *γ* 29 'uis recte] interrogatiue' *gloss. Γ* quis non] confirmatiue' *gloss. Γ* quid non *florileg. Nostradam.* 31 hoc] haec *ω opp. etiam omn. codd. Cruq.* 31 delictis *E ψ uar. Pph.′* delictus *φ uar.* diuitiis *florileg. Nostradam.* putas *A corr. E γ F λ′ δ* 2 *ς″ florileg. Nostrad.* putes *A pr. δ* 1 *ε* (*et* 3 *codd. Bland.*) *Bentl.* et *Ω″ ς′* et *v* ut (†ut) *φ corr.* (*σ* 2 *l* 2) *ω* (*β′ n. l.*, ut *β′* 2 *ut uid.*) *florileg. Nostradam. Porph′*: 'Si ita contemnis uirtutem, ut non summum bonum eam sed uerba existimes, si religione non mouearis, ut lucos sacros in hoc putes stare, ut ligna hominibus praestent, relinque haec et quae miraris sequere (*sic, non ut Hauth.*)' 32 lucum ligna] lusu digna *I. Clericus* Locū *λ* 1
33 cibyratica *A′* (*ν r et π*) *cybi*ratica *E* cybiratica *γ* 2 (*g*) cibiratica *F λ′ δ ε* 2 (*σ*) cybratica *γ* 1 tibi ratica *ε* 1 bythina *γ* bithina *E δ* pithina *ε recte A′ F λ′* negocia *λ*

mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et
tertia succedant et quae pars quadret *aceruom.
scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos
et genus et formam regina Pecunia donat,
ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.
mancupiis locuples eget aeris Cappadocum rex:
ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, ut aiunt,
si posset centum scaenae praebere rogatus,
'qui possum tot?' ait; 'tamen et quaeram et quot habebo
mittam'. post paulo scribit sibi milia quinque

TESTIMONIA.

34—38 florileg. Nostradam. 36 sq. 'uxorem — donat' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 37 sq. Ioannes Saresberiensis policr. V 17 metalog. I 4 37 Hildebertus moral. philos. p. 990 38 Priscianus instit. IIII 1, 5. Abbo Floriacensis quaest. grammat. c. 6 [Mai class. auct. V 355] 'decorat — Venusque' glossarium Mai [classic. auct. VIII 604] 40 cf. Plutarchus Lucull. c. 39, 6: '*στρατηγοῦ δέ ποτε φιλοτιμουμένου περὶ θέας καὶ χορῷ τινι κόσμον αἰτουμένου πορφυρᾶς χλαμύδας ἀπεκρίνατο σκεψάμενος, ἂν ἔχῃ, δώσειν, εἶτα μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτόν, ὁπόσων δέοιτο. τοῦ δὲ ἑκατὸν ἀρκέσειν φήσαντος ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας· εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστί*'

VARIA LECTIO.

34 rutundentur *E* (*a* 1 *r* 1) rudentur (*oton* supra) *A* et] *omis. A′γ δ* 1? (*σ* 1 *et β* 2) *exhib. E F λ′ δ in ras. ε ς″* (*et* 3 *Bland.*) *florileg. Nostradam.* 35 Tercia *φ ε* que *λ* quadret *E F λ′ δ* (*ν v* 1 *corr. aut* 2) *gloss. a Bentl.* quadrat *A′γ ε ς″ gloss. E γ florileg. Nostradam.* quadrat *r* aceruum *Ω″ ς″ floril. Nostr.* 36 et] *omis. E* 37 formam] nomen *y* [*Petropol.*] *opp. florileg. Nostradam.* 38 numatum *E δ* 1 nummatum *cett.″ ς″ florileg. Nostradam.* Suadela (*non* suadela) *Porph.′*: 'ordo: et Venus Suadela; Suadela autem epitheton est Veneris' *gloss. Γ*: 'dea suasionis' 39 Mancupiis *F λ′ δ pr.* (*et π* 1) Mancipiis *cett.′ ς′; cf.* EMANCVPATA *in inscript. aeui Augustani apud Mommsenium academ. Berolin. act.* 1863 *p.* 460 ḡeg& *F* eris *γ* capadocū *γ* 40 Nec *E* Ne *cett.″ ς* chlamydes *A′* clamides *γ F λ′δ ε* chlamides *E* 41 poss*it ε* poss*et δ* possit *ν* (*et π* 1) *y* *post* posset *comma ponit Obbarius* scaenae *A′γ δ ε* (*ν σ l*) scęne *F* sceuae *cett.* prebere *A γ* 42 possu*m ε* possum *cett.″ ς″ schol. Γ* possim *y* [*Gronou.* 1 *ut uid.*] *Cruquius* ait] *omis. δ pr.* ai*t ε* (a//it *π*) queram *E γ* quot] quod *E ψ pr.* (*ν pr. aut* 1 *g*) *ω opp. etiam omn. Bland.* 43 post] ṗ *E F λ* milia *E p. ras. cett.″ ς″* millia *E a. ras.*

esse domi chlamydum; partem uel tolleret omnis.
exilis domus est ubi non et multa supersunt
et dominum fallunt et prosunt furibus. ergo
si res sola potest facere et seruare beatum,
hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.
si fortunatum species et gratia praestat,
mercemur *seruom, qui dictet nomina, *laeuom
qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram
porrigere: ‘hic multum in Fabia ualet, ille Velina:
cui libet hic fascis dabit eripietque curule,
cui uolet inportunus ebur’. ‘frater’ ‘pater’ adde;
ut *cuiquest aetas, ita quemque facetus adopta.
si bene qui cenat bene uiuit, lucet, eamus

TESTIMONIA.

45—48 florileg. Nostradam. 45 sq. ‘namque exilis domus est, ubi non multa supersunt et dominum fallunt et furibus prosunt’ Hildebertus moral. philos. p. 988 55 florilegium Parisin. 8069 ecbasis captiui u. 617 56 sq. ‘si — gula’ schol. Persii 4, 17

VARIA LECTIO.

44 chlamidum *A′ E* damidū *λ pr.* clamidum *cett.′ς′* (clamydū *π*) partem *δ* tolcret *A* omnis *y* [*Montepess.*] omnes *Ω″ς″* 45 est] *omis. A* 1 et] ex *A* 1 47 facere] *omis. A* 1 48 primus *A′ E δ* 2 (*β′ σ g r et Lips.*) *floril. Nostradam.* primum *F λ′ δ* 1 *ε A* 2 (*ν v et π*) primum *γ* (✝ primum tu primus) p̓tremus *ε* omitas *δ* 49 Sic *E* speties *A λ* p̄stat *ε* (*l*) prestat *cett.* p̄stit *g* 1 *prestat v in ras.* (prestet *β pr.*) 50 seruum *Ω″ς″* dicet & nomina *δ* laeuum *E y* [2 *codd. Pulmanni et* 2 *Feae quorum alter ab alt. m. et Cruquii codd.* ‘*Mart. et Sil.*’] *Bentl.* *leuum σ* 2 saeuum *A′ γ F λ′ δ* (*ν*, *sed* sæ *in ras.; r et Fran. codd. Bland. ut uid.*) *Baxterus* seuum *π′ σ* 1 *g v* (*et β*) s : : : : *ε gloss. ν:* ‘improbum’ seruum *y* [*cod. Iaeckii* (?)] *ω* [*Britannici editio Ven.* 1520] *Nestor Nouariensis Ritterus* scaeuum *Pithoeus* 51 fodicet *A′ E γ F λ′ δ* (*ν* 1 *π′ g et* 4 *Bland.*) fodiet *ε* (*β′ ν p. ras. σ*) fodiat *λ corr.* (*v et β* 2) pondera *A′ E γ δ* 2 *ς′* pondere *F* (*superscr. a*) *λ′* 1 *δ* 1 (*π′* 1) *in ε littera finalis erasa* 52 Porrigere *ε* 53 Cuilibet *ω* hic] is *δ ε* (*ν pr. ut uid. aut* his) *Bentl.* hic *cett.″ς* (*et Lips.*) fascis *γ pr.* fasces *cett.″* 54 inportunus *A′ E. γ F δ ε* (*ν π′ r et β*) inpoturnus *λ* importunus *σ g l v* (*et Fran.*)
55 cuique est *Ω″ς″* cuique *om.* est *y* [*Valent.*] facetos *ε* adapta *F λ′ y* 56 cenat *A E F λ′* cęnat *γ δ ε* uiuit bene *schol. Pers.*

quo ducit gula, piscemur, uenemur, ut olim
Gargilius, qui mane plagas, uenabula, seruos,
differtum transire forum populumque iubebat,
unus ut e multis populo spectante referret
emptum mulus aprum. crudi tumidique lauemur,
quid deceat, quid non, obliti, Caerite cera
digni, remigium uitiosum Ithacensis Vlixi,
cui potior patria fuit interdicta uoluptas.
si, Mimnermus uti censet, sine amore iocisque
nil est iucundum, uiuas in amore iocisque.
uiue, uale! siquid nouisti rectius istis,
candidus inperti: si nil, his utere mecum.

TESTIMONIA.

62 sq. Priscianus instit. IIII 5, 29 'Caerite — Ulixei' Priscianus instit. VI 18, 92

VARIA LECTIO.

57 ducit Ω″ ς″ ducet λ *corr.* (docet *g* 1) *y* [*Brux. Par.* 7976] *schol. Pers. Fea* ueneremur δ *a. ras.* 58 Gargilius *A′ E* γ δ 2 (ν σ *g* υ *et* β) *schol. Γ* Gragilius *F* λ′ δ 1 (π′ *r*) Garrilius ε Gracilius *y* [*Fran.*] 59 transire] transferre *g Heimsoethius opp. schol. Γ* populum] Campum *Bentleius* coplam *Hamacherus* cliuom *Cuningh.* plateas *Clericus sed cf. Cic. Phil.* III 13, 32: 'uidetisne refertum forum populumque Romanum ad spem recuperandae libertatis erectum?'

60 ut] et *E* γ (*l pr.*) refferret γ 61 timidi *E* 62 qui non *A* cerite λ ε caera δ ε 63 remiū uiciosum *A* 1, *corr. A* 2 uiciosum *A′* itacensis *F* λ′ ε ulixi *E* γ (σ *a g et* β 1) *y* [*Bruxell. pr. ut uid. Mellic. Nostradam.*] ulixei *A F* λ′ δ ε (ν π′ *r* υ) 1 *cod. Prisciani lib.* IIII; *idem hanc ipsam formam testatur lib.* VI; ulixis *plerique codd. Prisciani lib.* IIII ulyxis *Pf.* 64 Qui λ *pr.* patria *A′ E* γ φ δ 2 ς′ patriae ψ 1 *aut pr.* λ′ δ 1 ε (ν 1 π′)

A V. 65 — 12, 29 *DEFICIT A*; Ω′ = *E* γ *F* λ′ (λ *l*) δ ε; ς″ = *aut omn. codd.* β′ (β *Fran.*) ν π′ (π *Lips.*) σ *a g r* υ (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; ς = *aut omn. codd.* ν σ *a g r* υ (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

65 Sim p̄ neruus ε mimnermus γ φ *E* 2 δ 2 (ν σ *corr. a g* 2) *Pph.′ Porph.′* mimnernus ψ λ′ meninermus *E* 1 mineruus δ 1 *u.* 66 *omis.* ε *pr. y* [*Bruxell. pr. Parisin.* 8216] 66 Nil ē *E* Nihil ε *y* iocundum γ δ ε (β′ σ υ) *recte cett.′* Iocisquę λ (Iocisq. *l*) 67 *Nouisti* δ 68 inperti γ δ ε (ν π′ *a r* υ) imperti *E F* λ′ (β′ σ *g*) si nil *E* (σ *a g r et* β *Lips.*) si nihil γ si non *F* λ′ δ *in ras.* ε (ν υ *et* π *Fran.*)

VII

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. atqui,
si me uiuere uis sanum recteque ualentem,
quam mihi das aegro, dabis aegrotare timenti,
Maecenas, ueniam: dum ficus prima calorque
dissignatorem decorat lictoribus atris,
dum pueris omnis pater et matercula pallet,
officiosaque sedulitas et opella forensis
adducit febris et testamenta resignat.
quodsi bruma niues Albanis inlinet agris,

TESTIMONIA.

I 7. 8 sq. 'et opella — febres' glossar. Mai class. auct. VIII 391 8 cf. Apoll. Sidon. ep. II 12: '. . . satis seduli languidos multos officiosissime occidunt' 10 Acr. ad serm. II 3, 4: 'in libris epľarum: si-agris'

VARIA LECTIO.

Ω′ = E γ F λ′ (λ l) δ ε; ς″ = aut omn. codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. ν σ a g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

I 7. AD MAECENATEM (MEC: *omnes praeter a*) *E γ F λ′ δ* (*σ a r v et Fran. Lips.*); *add. F λ′ δ* (*σ r*): EXCUSAT SE QUOD (QUIA *δ r*) DIUTIUS MORETUR (MORATVR *δ r* MORARETUR *ψ λ′* MORABAT[2]*σ*) IN AGRIS (IN AGRO *σ*) *F λ′ δ* (*σ r*); *inscr. carent ε* (*ν et β π*) 2 atqui *E* 1 *γ* 2 *δ* 2 (*ν* 2 *v et π′* 2 2 *Bland.*) *y* atque *γ* 1 *F λ′ δ* 1 *ε E* 2 *ς″* (*et* 2 *Bland.*) 3 sanum recteque ualentem *E γ δ* 2 (*β′ π′ σ a g r*)
uidere sanum
recteque uidere ualentem *δ* 1 (*v*) *y ω* recteque ualentem *λ* ·recteque ualentem *F* (*l*, sanum *fort. ab alt. m.*) recteque *uidere* ualentem *ε* sanum *recteq.; ualentē v ut uid.* recteque uigere ualentem *coni. Bentleius, sed cf. epist.* I 16, 21 4 egro *λ ε* egrotare *E ε* 5 Maecenas
a
δ (*σ a et Lips.*) Mecęnas (*uirgula ab alt. m.*) *γ* Mecenas *cett.′* calor *Ω′ ς* (*et β π′*) color *ε* 2 (*ν* 1 *a et Fran. V*) (calor *σ in ras.*) 6 Dissignatorem *Ω′* (*π′ a r v et Fran.*) *schol. Γ* Disignatorem *g* Designatorem *γ* 2 (*ν σ et β*) *cf. epist.* I 5, 16 8 Offitiosa *γ F* 9 Adducit *E γ F λ′* (*β′ σ a g r v et Lips.*) *glossarium Mai* Adducet *δ ε* (*ν et π* 1) febris *ε y* [*π Reginens.* 1] febres *cett.′ ς′* (*δ in ras.*) *glossarium Mai* 10 Quid? si *Groebelius* pruma *ε* inlinet *E F λ δ ε* (*ν π′ a g r pr.*) illinet *γ* (*β′ σ l r corr. v*) *schol. Γ serm.* II 3

ad mare descendet uates tuus et sibi parcet
contractusque leget: te, dulcis amice, reuiset
cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.
non quo more piris uesci Calaber iubet hospes
tu me fecisti locupletem. ‘uescere sodes’.
‘iam satis est’. ‘at tu quantum uis tolle’. ‘benigne’.
‘non inuisa feres pueris munuscula paruis’.
‘tam teneor dono quam si dimittar onustus’.
‘ut libet: haec porcis hodie comedenda relinques’.
prodigus et stultus donat quae spernit et odit:
haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis.
uir bonus et sapiens dignis ait esse paratus;

TESTIMONIA.

12 cf. Pers. s. 5, 23 (ubi etiam ad c. I 3, 8. III 17, 5 respicit): ‘tibi, dulcis amice’ 15—22 ‘Cescere sodes — paratum’ florileg. Nostradam. 18 florilegium Paris. 8818ᵃ 21 Seruius ad Aen. III 102 22 Charisius p. 267 K. Seruius ad Aen. II 377 (ut Hor.: uir bonus et sapiens dignis ait esse paratus, pro: ait se dignis paratum esse)

VARIA LECTIO.

12 reui//set *λ* 13 zephiris *γ ε* cepheris *E* concedis *E* (*et Fran. β corr.*) *y* concedes *cett.′ ς″* concedas [† e] *v* concedas *y ω* hyrundine *F λ′* 14 piris *Ω′ ς″ cons. Pph.′ Porph.′* 15 lucupletem *δ* (*l pr.*) 16 quantumuis *ω Bentl.* quamtũ *λ* attolle *E* diuine ł benigne *F*, benigne *cett.′ ς″ florileg. Nostradam.* 18 honustus *γ* 19 hec *E* relinquis *F λ′* relinques *cett. ς″ gloss. Γ florileg. Nostradam.* 20 prodigus et stultus, donat quae, spernit et odit *interpungit Mitscherlichius* quae] que *λ* 21 ingratos *E* 1 *aut pr. λ corr. γ* 2 (*π′ a* 1 *g r v et β* 2 *Fran.* 2 *uar.*) *florileg. Nostradam.* ingrato *γ* 1 *E* 2 *aut corr. δ* 2 (*β′ σ a p. ras.*) ingratis *F λ′* (*et π corr.*) ingrata *v* 22 sapiens] prudens *y* [*Petropol.*] *opp. florileg. Nostradam. et cf. Auson. edyll.* 16, 1 *in principio hexametri:* ‘Vir bonus et sapiens’ dignis] dictis *Charisius opp. florileg. Nostradam.* ait *E γ* (*v π′ σ a g* 2 *r et β*) *schol. Γ florileg. Nostradam. om. g* 1 agit *F λ′ ε* (*et π corr. Fran.*) *y* agit [† ait] *δ* agit *v* paratus *F λ′* 1 *δ ε* 1 *γ uar.* (*v* 1 *σ* 1 *uar. a v et π* 1) *y* [‘4 *Bland. cum Busl. sed duo cum litura* s *litterae’ Cr.*] *Charis. Seru.* paratũṣ *E*, *corr. ead. m.* (?), paratum *γ λ′* 2 *ε* 2 (*β′ σ g r v* 1 *uar. et Lips.*) *floril. Nostr.* paratu *v p. ras.*; *schol. Γ:* ‘non nisi dignis largiri se paratum esse ait’. *cf. c.* III 27, 73: ‘uxor inuicti Iouis esse nescis’ *Catull.* 4, 2: ‘ait fuisse nauium celerrimus’ 22 *sq. interrogationis signum post* paratus *et post* lupinis *pon. Bentleius*

nec tamen ignorat quid distent aera lupinis.
dignum praestabo me etiam pro laude merentis.
quodsi me noles usquam discedere, reddes
forte latus, nigros angusta fronte capillos,
reddes dulce loqui, reddes ridere decorum et
inter uina fugam Cinarae maerere proteruae.
forte per angustam tenuis *uolpecula rimam
repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
ire foras pleno tendebat corpore frustra;
cui mustela procul 'si uis' ait 'effugere istinc,
macra *cauom repetes artum, quem macra subisti.'

TESTIMONIA.

29—33 florileg. Nostradam. Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 29 sq. 'forte — frumenti' Acr. ad serm. I 1, 53 cf. Hieronym. epist. ad Saluinam de uirginitate seruanda uol. 1 p. 121 ed. Col. Agr. 1616. Augustin. contr. mend. ad Consentium c. 28 Isidor. orig. I 39 § 6 Otto 'forte — cumeram' glossarium Mai [classic. auct. VIII 131]

VARIA LECTIO.

23 quid] qui π′ 24 prestabo *γ F* λ′δ me, etiam *disting. Bentleius* 25 noles *E* λ′ *p. ras.* (β′ σ *a r p. ras.* υ *et* π *p. ras.*) nolles *γ F* λ′ δ ε (π′ *g r* 1) *quod quidem irrepsisse uideatur ex gloss.* ('nollet' *gloss.* ε) nolis ν unq *E y* 28 cinerę *E pr.* cinere *γ pr.* cinare *γ corr.* ε cinyre (a *suprascr.*) λ cinyrę ψ cynirę φ (*l*) *recte E corr.* δ (ν σ *a et* π) merere *γ F* λ′δ ε *recte E* (β′ ν *a et* π) proterue λ 29 *in l scholiastae manu in marg. adscriptum est:* FABULA UULPECULAE uulpecula Ω′ ς″ *Acr. ad serm.* I 1, 53 *glossarium Mai florileg. Nostradam. eademque lectio Seruio ante oculos uersata esse uideatur testimonio ep.* I 13, 19 nitedula *Bentleius ex coniectura quem permulti recentiorum temere secuti sunt* 'uulpiculae (uulpeculae *Porf.*) . . . fabellam refert' *Porph.′ ad u.* 1; *Cyrillus apologetic.* II *c.* 11: 'macilenta uulpes . . . in pingue cellarium secreto reperto foramine introiuit' 30 in cumeram Ω′ ς (*et* β′ *Lips.*) *Pph.′ Porph.′ ad h. u. et schol.* Γ *ad serm.* I 1, 53 *glossarium Mai florileg. Nostradam. Vincentius* in crumeram υ 1 *y* in cameram ν (*et* π 1) *y* ω; *gloss.* Γ *ad h. l.:* 'uas uimineum frumentarium' *cons. Porph.′* frumenti] pulmenti *Hauthalius*

rursus Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* rursum ν σ 1 31 corpore] pectore *Vincentius* 32 mustella λ *a. ras.* (mustela *l*) *cf. etiam uar. lect. art. poet.* 327 33 cauum Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* repetas *y* ω *opp. florileg. Nostradam.* arctum υ *florileg. Nostradam.* subisti] petisti *Vincentius*

hac ego si compellor imagine, cuncta resigno;
nec somnum plebis laudo satur altilium nec
otia diuitiis Arabum liberrima muto.
saepe uerecundum laudasti, rexque paterque
audisti coram, nec uerbo parcius absens:
inspice si possum donata reponere laetus.
haut male Telemachus, proles patientis Vlixi:
'non est aptus equis Ithace locus, ut neque planis
porrectus spatiis nec multae prodigus herbae:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.'
*paruom parua decent: mihi iam non regia Roma,
sed uacuum Tibur placet aut inbelle Tarentum.

TESTIMONIA.

44 'paruum parua decent' florilegia Nostradam. et Paris. 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 cf. Claudian. contra poetas uanos u. 14: 'quondam decuerunt ludicra paruum' 44 sq. cf. Petrus Cluniacensis epist. IIII 30 [biblioth. Cluniac. ed. Marrier. p. 860[e]]: 'et ut aliquid poeticum addam, iam non mihi turbida Roma, sed uacuum Tibur placet ac imbelle Tarentum'

VARIA LECTIO.

34 Haec *Pph.'* compellor *E F δ ε ς''* (et 4 *Bland.*) *Pph'.* conpellor *γ λ* (*v*) compellar *y ω* 36 Ocia *ε* diuiciis *λ* *uu.* 37—39 *del. Guyetus* 37 Sepe *E* rex, *omisso* que *E* *u.* 38 *del. A. Nauckius* 38 partius *E F λ' δ* 39 possim *y* letus *λ* 40 Haut *E γ ε pr.* (*σ et β Lips.* 2) Haud *ε corr. δ* 2 (*a g l corr. r v*) At *F λ* 1 *δ* 1 Aut *π' l pr.* pacientis *γ E* 2 sapientis *E* 1 *y* [*Valent.* 1] *Marklandus opp. gloss. Γ* ulixi *E γ δ* 2 (*β' σ a g*) ulixei *F λ' δ* 1 *ε* (*v π' r v*) ulixis *y* 41 aequis *ε* ithace *E ε* 1 *marg.* (*g*) *Pf. item Porphyr. interpretatio* ithacae *γ δ* (*v σ* 2 *a et π*) *Pph. gloss. Γ* itacae *F λ* 2 (*β' σ* 1 *r*) itace *λ* 1 (*v*) ith:· *ε in textu* Ita cae *l*; *Ithace apud Ouid. Tibull. alios* 42 spaciis *F λ ε* multe *E* 43 Atridae *γ ψ* 44 Parum *r* Paruum *Ω' ς'' florileg. Nostr.* 45 Set *γ S, E* tybur *δ* inbelle *Ω' ς''* imbelle *l* ībelle *g* *post u.* 45 *nouam epistulam incipiunt F λ' y hac addita inscriptione* (*excepto l*): FABULA UULTEI: *oppos. E γ δ ε ς'' et schol.* (*et gloss.*) *Γ*: 'Fabula haec satis apte superioribus iuncta est, quibus ostendit se diuitiis otium pr(a)eferre' *Porph.'*: 'fabellam de Vulteio Maena praecone facetissime et dilucide exponit uel per se uel prioribus adnexam in exemplum sui, qui otium diuitiis praeferat' *in florileg. Nostradam. haec legimus*: 'Docet quemque metiri debere sese modulo suo et loquitur de Philippo causidico

strenuus et fortis causisque Philippus agendis
clarus, ab officiis octauam circiter horam
dum redit atque foro nimium distare Carinas
iam grandis natu queritur, conspexit, ut aiunt,
adrasum quendam uacua tonsoris in umbra
cultello proprios purgantem leniter unguis.
'Demetri', (puer hic non laeue iussa Philippi
accipiebat) 'abi, quaere et refer, unde domo, quis,
cuius fortunae, quo sit patre quoue patrono.'
it, redit et narrat, *Volteium nomine Menam,
praeconem, tenui censu, sine crimine, notum

TESTIMONIA.

uu. 46—98 florileg. Nostradam. 55 'it, redit . . . .' ecbas. captiui u. 975

VARIA LECTIO.

qui per puerum suum quendam inuitauit ad cenam. hii tres uicissim in loquendo frequenter mutant personam' 46 Strenuus *Ω′ ς″ Pph.′ florileg. Nostradam.* Strennuus *σ g* phylippus *F λ′* 47 offitiis *φ* 48 charinas *E* 49 quaeritur *E F* ut] *omis. E* 1 *add.* 2; uti *δ* 50 Adrasum *φ* Adrasum *cett.′ ς* (*et π′ Fran.*) Arrasum *σ r corr. v* (*et β*) Abrasum *y ω florileg. Nostradam.* [*opp. codd. Cruq.*]; *cf. Petron. sat.* 32: 'pallio enim coccineo adrasum incluserat caput' ['adrasum *aliqui codd. habent* arrasum, *sed nulli* abrasum' *Cruqu.*] tensoris *E* 51 proprios *Ω′ ς″ florileg. Nostradam.* proprio *y Doederlinus cum aliis* purgantem] resecantem *E* resecantem *g y* [*Parisin.* 8214 *uar. a* 2 *m. Regin.*] purgantem *cett.′ ς″ florileg. Nostradam.* unguis *a* (*et π*) ungues *Ω′ ς* (*et β′ Lips.*) *florileg. Nostradam.* 52 Dimetri *E γ* laeue *a* leue *E ε δ* 2 (*ν σ g r v* 1 *corr. aut* 2 *et Fran. Lips.*) *florileg. Nostradam.* leuę *γ* leui *F λ′ δ* 1 (*v* 1 *aut pr. et π* 1) laeuus *Cuningh.*, *quod* laeue *ἅπαξ λεγ. sit* uisa *ε* phylippi *F λ′* 53 quere *E γ λ* 55 It redit *E γ δ ε ς* (*et β′*) *florileg. Nostradam.* Et redit *F* 1 *λ′* 1 (*π′* 1); *sed usitate dicitur:* 'it redit' [*Ouid. fast.* I 126] 'itque reditque' [*Vergil. Aen.* VI 122 *Tibull.* II 6, 46 *Ouid. tr.* V 7, 14 *Stat. Theb.* VIII 49] 'redit itque' [*Ouid. metam.* II 409] *Ut nos legit auctor ecbasis captiui* [*uid. u.* 975] uultei *F* 1 uulteum *λ′* (*v*) *florileg. Nostradam.* uulteium *cett.* menam *E F λ′ δ ε* 1 (*π′ σ g r*) *florileg. Nostradam.* męnam *ε* 2 (*ν*) menan *γ* (*β′ a*) *in antiquis marmoribus* MENAE *reperiuntur, non* MAENAE *cf. Fea ad epod.* 4, 1 56 Preconem *γ ψ λ′ δ* sine crimine natum *y* [1 *cod. Ge. Fabricii et* 1 *cod. H. Stephani*] *ω Bentleius, opp. etiam florileg. Nostradam. et repugn. Fea*, *et cf. Sil. It.* XII 330:

et properare loco et cessare et quaerere et uti,
gaudentem paruisque sodalibus et lare certo
et ludis et post decisa negotia campo.
'scitari libet ex ipso quodcumque refers: dic
ad cenam ueniat.' non sane credere Mena,
mirari secum tacitus. quid multa? 'benigne'
respondet. 'neget ille mihi?' 'negat improbus et te
neglegit aut horret.' Volteium mane Philippus
uilia uendentem tunicato scruta popello
occupat et saluere iubet prior; ille Philippo
excusare laborem et mercennaria uincla,

TESTIMONIA.

65 glossarium Mai [classic. auct. VIII 537] cf. Hieronym. Hilarion.: 'audiuit Methonae a quodam Iudaeo uilia populis scruta uendente' 67 cf. Iuuenc. euang. hist. IIII 696 sq.: 'tum iuuenis sese tam sordida uincla laboris nolle pati memorat'

VARIA LECTIO.

'Delius . . . Troianos notus semper minuisse labores;' sine crimine notum, interpung. ω *Fea*, *nos praetulimus:* ,sine crimine, notum *conl. art. poet.* 320: ,sine pondere et arte, 57 locum *F* λ′1 δ 1 (*et* π 1) *y* querere γ λ 58 paruis (q̄) sodalibus δ lare curto *y* [*codd. Sil. et Mart. ap. Cruquium*] *Bentl. Doederlinus opp. etiam florileg. Nostradam.; Volteius non erat* '*uagus*', *sed* '*qui certum praesaepe teneret*' *epist.* I 15, 28 *et cf. Auien. orb. terrae* 282: 'certi laris inscia gens est' 59 negocia λ capo δ 1 *ut uid.* 60 quodcunque *E* (*v*) quodcumque *etiam florileg. Nostrad.* quaecumque *r* 1 (*et Lips.; π* 1 *n. l.*) *y* 61 cenam *E* (*β′ g v*) *florileg. Nostradam.* caenam *cett.* mena Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* 63 Respondet *E* γ *F* λ′ (*β′ v π′ σ* 1 *a r v*) Respondit δ ε (*σ* 2 *g*) *florileg. Nostradam.* neget . . . negat *E* 1 *F* λ′ 1 δ ε (*v σ* 2 *et Fran.* 1) *Bentl.* negat . . . negat γ *E* 2 ψ 2 λ′ 2 (*σ* 1 *a g r* 2 *v et β Fran.* 2 *aut corr.*) *florileg. Nostradam. posterius* negat *omis.* π′ *r* 1 *y; cf. u.* 81 *sq.:* 'uti mercetur . . . mercatur' inprobus γ λ (*et β*) ĩpbus ε (*g*) improbus *cett.* ς (*et π′ Fran.*) & te λ (*aut* supra &) (& te *etiam l*) 64 Neglegit Ω′ ς″ Negligit *v florileg. Nostradam.* uolteium δ *y* [*Barcinon.*] uuolteium *F* ε λ *corr. aut* 2 *y* uuolteum λ′ uulteium *cett.* uulteum *florileg. Nostradam.* phylippus *F* λ′ 65 scruta popello (ł milia fracta) φ 66 Ocupat *F* λ *pr.* saluare γ (*a et π* 1) *opp. etiam florileg. Nostradam.* phylippo *F* λ′ 67 mercennaria Ω′ ς″ (*nisi quod* mærcēnaria λ) mercenaria *v florileg. Nostradam.*

quod non mane domum uenisset, denique, quod non
prouidisset eum. 'sic ignouisse putato
me tibi, si cenas hodie mecum.' 'ut libet.' 'ergo
post nonam uenies; nunc i, rem strenuus auge.'
ut uentum ad *cenamst, dicenda tacenda locutus,
tandem dormitum dimittitur. hic ubi saepe
occultum uisus decurrere piscis ad hamum,
mane cliens et iam certus conuiua, iubetur
rura suburbana indictis comes ire Latinis.
inpositus mannis *aruom caelumque Sabinum
non cessat laudare. uidet ridetque Philippus,

TESTIMONIA.

72 'dicenda tacenda locutus' ecbas. captiui u. 314 cf. Persius 4, 5: 'dicenda tacendaque calles' 77 sq. 'inpositus — laudare' glossarium Mai class. auct. VIII 349

VARIA LECTIO.

69 Prouidisset Ω′ ς″ (*et omn. codd. Cruq.*) *florileg. Nostradam.* Praeuidisset *y* ω; *gloss.* γ: 'in alio preuidisset legitur'. *cf. Plaut. asinar.* II 4, 44: 'non hercle te prouideram' Prouisisset *Lambinus* igno*u*isse δ 70 caenas γ *F* δ ε 71 strennuus ε (σ) *y* 72 caenam γ *F* δ ε est] ***hoc loco omis.*** π′ *r* 1: π′ ***addit*** est *u.* 73 ***post*** dormitum (***opp.*** *Pph.′*), *r* ***addit*** est ***supra uocem*** uisus *u.* 74; ***post*** uentum ***pon.*** *y* [*Orelli Bernens. d Petropolit.* 2 *codd. Feae*] locutus Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* loquutus *a* 73 dimittur γ hic *E* γ λ *uar.* δ 2 (β′ ν σ *a g r v et* π 2 *Lips.*); *omis. F* 1 δ 1 ε (*et* π 1); est λ′ ψ 2; ast φ *corr.* (*l* 2) *y* [*Petropolit. Valentian.* 2] *florileg. Nostradam.*; ergo *y* [*Montepessul. uar.*] *Cuninghamus;* huc *y* hinc *y* ω *Doederlinus;* hinc (uti saepe — hamum) mane cliens *I. M. Gesnerus; cf. epist.* I 15, 33: 'hic ubi . . .' II 2, 136: 'hic ubi . . .' ***confusionem istam inde ortam esse arbitror, quod*** 'est' ***uel*** 'st' ***in archetypo tertiae stirpis*** (*F* λ′ δ ε π′ *r*) ***suo loco*** (*u.* 72) ***praetermissa et infra uersum adscripta in aliis libris ante*** dimittitur ***in aliis post*** dimittitur ***inculcata sit*** 74 uisus ^{est} *v* decurrer*e piscis adha*mum ε pisces γ (*a*) amum γ (σ *l pr.*) i^{a}mū *a* 75 et iam *E F* δ (ν *a et* π *Fran.*) etiam γ λ′ ε (σ *g v et* β *Lips.*) *florileg. Nostradam.* eciam *r* serus conuiua ***Bentlei dubia suspicio*** couiua δ 76 Rure suburbano ω ***opp.*** *florileg. Nostradam.* 77 Inpositus *E F* λ ε (ν π′ *et* β) *glossarium Mai* Impositus γ δ (σ *a g l r v et Fran.*) *florileg. Nostradam.* manis γ mannus φ *a. ras.* mannas λ *pr.* aruum Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* celum *E* λ 78 phylippus *F* λ′

et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit,
dum septem donat sestertia, mutua septem
promittit, persuadet uti mercetur agellum.
mercatur. ne te longis ambagibus ultra
quam satis est morer, ex nitido fit rusticus atque
sulcos et uineta crepat mera, praeparat ulmos,
immoritur studiis et amore senescit habendi.
uerum ubi oues furto, morbo periere capellae,
spem mentita seges, bos est enectus arando,
offensus damnis media de nocte caballum
arripit iratusque Philippi tendit ad aedis.
quem simul aspexit scabrum intonsumque Philippus,
'durus' ait, 'Voltei, nimis attentusque uideris
esse mihi.' 'pol me miserum, patrone, uocares,
si uelles' inquit 'uerum mihi ponere nomen.

TESTIMONIA.

87 Priscianus instit. VIIII 6, 34 florilegium codicis Cusani C 14 'bos — arando' glossarium Mai class. auct. VIII 202 et 371 91 Priscianus instit. VII 5, 22

VARIA LECTIO.

u. 79 *del. A. Nauckius*, *idem u.* 80 dum *in* tum *mutandum esse censet opp. florileg. Nostradam.* 80 sestercia *E* ε 82 ne te *Ω* ς′ *florileg. Nostradam.* nec te *π′ l r* 1 ambagibus] ambiguus *π′* 1 *r* 1 *aut pr.* ambagi, (,bus) *l* 84 crepat] aperit *y* [*Nostradam. uar.*]
preparat *γ λ* p̄para *δ* 1 *u.* 85 *pars non liquet in* ε 85 Immoritur *γ F λ′ δ* (*σ a g r v et π*) Inmoritur *E* (*β′ v et Lips.*) *florileg. Nostradam.* I : : moritur ε 86 Verū ibi *E* perire *δ* *florileg. Nostradam.* capelle *λ* 87. 88 bos — damnis *in suspicionem uocat A. Nauckius opp. florileg. Nostradam.* 87 bos ēẹ enectus *γ* arando] arator *coni. Groebelius* 88 dampnis *F λ′ δ* *florileg. Nostradam.* 89 Eripit *φ* (*r et π p. ras. Lips.*) Arripit *cett.′ φ uar.* ς (*et β′ Lips.* 2) *florileg. Nostradam.* phylippi *F λ′* aedis *y* [*π*] aedes *E γ* ε *δ corr.* ς haedes *F* hẹdem (s) *δ* edes *λ* (*β′ g et Lips.*) *florileg. Nostradam.* 90 asspexit ε aspexit *cett.′* ς″ *florileg. Nostradam.* phylippus *F λ′* 91 uoltei *δ* uultei *cett.′* *florileg. Nostradam.* attentus *E γ λ′ corr.* ε *δ* 2 ς′ *flor. Nostr. Prisc.* adtentus *F λ′ pr.* (*π′ r*) attendus *δ* 1 92 poli ne *E* 93 ponere *E γ λ uar.* (*β′ σ a g v uar. et V*) dicere *F λ′ δ* ε (*v* 1 *π′ r v et alii Bland.*) *florileg. Nostradam.*

quod te per Genium dextramque deosque Penatis
obsecro et obtestor, uitae me redde priori!'
qui semel †aspexit, quantum dimissa petitis
praestent, mature redeat repetatque relicta.
metiri se quemque suo modulo ac pede uerum est.

VIII

Celso gaudere et bene rem gerere Albinouano
Musa rogata refer, comiti scribaeque Neronis.
si quaeret quid agam, dic multa et pulchra minantem
uiuere nec recte nec suauiter; haut quia grando

TESTIMONIA.

98 florilegium Paris. 8069. cf. Alcuinus de diuinis officiis c. 18 p. 1190a: 'modulum enim suum unumquemque considerare prudenter nos admonet lyricus, dicens . . . (sequitur epist. I 1, 32)' imitati sunt Lucanus VIII 527: 'metiri sua quemque (al. regna) decet uiresque fateri' et Auianus fab. 5, 1 sq.: 'metiri se quemque decet propriisque iuuari laudibus'

I 8. uu. 4—12 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

94 penatis π′ r 1 penates Ω′ ς′ *florileg. Nostr.* 95 ob//testor γ 96 simul aspexit Ω′ ς″ *florilegium Nostradam. quod quidem ex u. 90 falso hic repetitum crediderim.* semel aspexit y [*cod. Mart. Cruquii et codd. Lambini*] *Bentl.; sed ne uerbum* aspexit *quidem Horatio deberi puto: nescio an scripserit:* adgnouit [simul *etiam omn. Bland.*] demissa γ ε 97 Prestent *E* φ δ maturae *E* γ δ 98 uerum Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* iustum *y* [*Nostradam. uar.*] par *coni. A. Nauckius; dictionem* uerum est *luculenter illustrauerunt Obbarius et Schmidius*

I 8. AD CELSVM ALBINOVANVM (ALVINOVANVM γ *a* ALBINOBANV̄ λ ALBINVUANUM δ) COMITEM (*om. v*) NERONIS (*om. v*) *E* γ *F* λ′ δ (*a r v et Fran. cons. g* 2 *et Lips.*) 1 Celso ut gaudeat et bene rem regat (*sic*) albinouano *y* [*Nostrad. uar.*]; *Hor. expressit Graecorum* 'χαίρειν καὶ εὖ πράττειν' rem //// gerere δ 2 scribe λ ε

3 quaeret ψ δ ε (*v l et* π *plures codd. Cruquii*) queret *E* φ λ (*v et Fran.*) quaerit γ (*a g r et* β *Lips. aliqui codd. Cr.*) querit σ [quaerat *aliqui Cruq.*] pulcra *F* λ′ (pulchra *l*) 4 rectę γ haut *E* λ *pr.* ε (σ *r* 1 *et* β 1 *Lips.*) *florileg. Nostradam.* haud γ *F* δ (*v a g l r* 2 *v et* β 2 π 2 *Fran.*) aut λ *corr.* (*et* π 1)

contuderit uitis oleamque momorderit aestus,
nec quia longinquis armentum aegrotet in agris;
sed quia mente minus ualidus quam corpore toto
nil audire uelim, nil discere, quod leuet aegrum;
fidis offendar medicis, irascar amicis,
cur me funesto properent arcere ueterno;
quae nocuere sequar, fugiam quae profore credam:
Romae Tibur amem uentosus, Tibure Romam.
post haec, ut ualeat, quo pacto rem gerat et se,
ut placeat iuueni percontare utque cohorti.
si dicet 'recte', primum gaudere, subinde
praeceptum auriculis hoc instillare memento:
'ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.'

TESTIMONIA.

10 'cur — properas arcere ueterno?' glossarium Mai classic. auct. VIII 602 12 Porphyrion ad serm. II 7, 28 Seruius ad Aen. IIII 224: 'Carthagine . . . pro Carthagini: et pro aduerbio in loco de loco posuit; sic Hor.: Romae Tibur amem, uentosus Tibure Romam. pro Tiburi.' florileg. Nostradam. Hildebertus moral. philos. p. 980: schol. F serm. II 7, 28: 'Romae .t. u. t. R.' 16 cf. Boet. de phil. cons. I 4, 31 sq.: 'instillabas enim auribus e. q. s.' 17 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

5 uitis *E pr. ut uid. y* [π] uites *cett.'* ς' *florileg. Nostradam.* oleamque γ *F* λ' δ ε ς'' *flor. Nostr.* oleumque σ oleamue *E y* [*Montep. Regin.* 1] *Bentl.* *u.* 6 *omis.* ε *pr. aut* ε 1 6 longinquis δ egrotet λ egrotat *florileg. Nostradam.* agris Ω' ς'' (*et omn. Bland.*) *florileg. Nostradam.* aruis *y* horis (*pro* oris) *y* [*Montepess.*] 7 S. *E*

7 *POST H. V. DEFICIT* δ *VSQUE AD EPIST.* II 2, 19 Ω' = *E* γ *F* λ' (λ *l*) ε: ς'' *aut omn. codd.* β' (β *Fran.*) *v* π' (π *Lips.*) σ *a g r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*: ς = *aut omn. codd. v* σ *a g r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

u. 8 *omis. y* [*Lips.* 1] 8 leuat ε egrum *F* 10 me] mihi *E* funestoq: *F* arcere Ω' ς (*et* β') *Pph.' florileg. Nostradam.* urguere π' *r y* 12 Rome λ ε uentosus γ *E* ψ *uar.* λ *uar.* ε *uar.* (β' *v* σ *a g r* 2 *v* 1 *et* π 2 *uar. Lips.*) *gloss.* Γ *Seruius florileg. Nostradam. Hildebertus* uenturus *F* λ' ε (*r* 1 *v* 2 *et* π 4 *Bland.*) *y Porph.' ad serm.* II 7 *codd. mss. partim ante* uent: *interpungunt* (*ut omn. codd. Cruquii*) *partim post* uent: turbure ε 14 percontare Ω' (*v a g r et* β *cons.* π') perconctare σ *v* percunctare *y* [*Fran.*]

utque Ω' ς'' (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph.'* atque *E* 2 *y*
16 Preceptum γ *F* λ'

VIIII

Septimius, Claudi, nimirum intellegit unus,
quanti me facias. nam cum rogat et prece cogit,
scilicet ut tibi se laudare et tradere coner,
dignum mente domoque legentis honesta Neronis,
munere cum fungi propioris censet amici;
quid possim uidet ac nouit me ualdius ipso.
multa quidem dixi, cur excusatus abirem:
sed timui mea ne finxisse minora putarer,
dissimulator opis propriae, mihi commodus uni.
sic ego, maioris fugiens obprobria culpae,
frontis ad urbanae descendi praemia. quodsi
depositum laudas ob amici iussa pudorem;
scribe tui gregis hunc et fortem crede bonumque.

TESTIMONIA.

I 9. 6 Acr. ad art. poet. 321: 'ualdius pro ualidius, ut alibi: nouit me ualdius ipso' 7—9 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

Ω′ = E γ F λ′ (λ l) ε; ς″ = aut omn. codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. ν σ a g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

I 9. AD CLAVDIVM NERONEM *γ F λ′* (*a r v et Fran. Lips.*) SEPTIMUM CŌMENDAT NERONI *E* 1 Septimus *E φ a. corr. λ pr.* Septimiu' *ε* intellegit *Ω* (*et* 4 *Bland.*) *u.* 2 *omis. l pr. aut* 1; *item uu.* 1 *sq. omis. y* [*Zulichem.* 1] ['nam cum rogat & pr. cogit' *omn. codd. Cruquii: at Zulich.* ≅ *Diuaei cod.* 1 *deficit! cf. apparat. crit.* I 2, 23] 2 cum] me *y ω Fea* 2 *sq.* cogit scilicet, ut *cum codd. quibusdam et editionibus disting. Bentleius sed cf. epist.* I 18, 16 *et quae ibi adnotauimus uu.* 4. 5 *del. Gruppeus, hunc ante illum transpon. Mutherus* 4 domuque *Fea idem post* Neronis *punctum ponit u.* 5 *del. A. Nauckius* 5 proprioris *γ* 6 ac nouit *E ς* (*et β*) *y* acnouit *γ* (*et Fran.*) agnouit *cett.′* (*π′ r v*) ualidius *γ* 8 Set *γ* ne] non *F λ a. corr. opp. floril. Nostradam.* 10 opppria *E* obprobria *cett.′* opprobria *ν r* 1 *v* culpe *λ* 11 urbane *λ* proemia *E u.* 13 *omis. y* [*π pr.*] 13 bonumq; ///// *γ*

X

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus
ruris amatores; hac in re scilicet una
multum dissimiles, at cetera paene gemelli
fraternis animis, quicquid negat alter, et alter,
adnuimus pariter: uetuli notique columbi,
tu nidum seruas, ego laudo ruris amoeni
riuos et musco circumlita saxa nemusque.
quid quaeris? uiuo et regno, simul ista reliqui
quae uos ad caelum fertis rumore secundo,
utque sacerdotis fugitius liba recuso,
pane egeo iam mellitis potiore placentis.
uiuere naturae si conuenienter oportet,
ponendaeque domo quaerenda est area primum;

TESTIMONIA.

I 10. 1 glossarium Mai classic. auct. VIII 548 10 sq. cf. Ioannes Saresberiensis epist. 85: ‘pane eget iam mellitis potiore placentis, utque sacerdotis fugitiuus liba recusat’ uu. 12—44 flor. Nostrad. 13 huc respexit Hildebertus de querimonia et conflictu carnis et spiritus u. 35 p. 946: ‘est igitur ponenda domus e. q. s.’

VARIA LECTIO.

I 10. AD ARISTIVM FVSCVM GRAMMATICVM (CRAMAT: *λ*) *γ* (*a et Lips.*), *add. F λ′* (*r et Bland.*)*:* IN URBE COMMORANTEM (CONM: *λ*) FVSCO ARISTO IN URBE CŌMORANTI · *E* AD ARISTIVM (ἀRISTŨ *Fran.*) FVSCVM *v* (*et Fran.*) *uu.* 1—18 *partes initiales euanuerunt in ε* 1 saluare *γ pr.* (*a* 1) saluire *glossar. Mai* 3 at *E ε* (*v* 2 *et V*) *y Bentleius* ad *γ F λ′ ς″* caetera *γ F* pene *E F λ* (poene *l*) poenæ *γ* gimelli *E* 4 quicquid — pariter *del. Hitzigius* quidquid *ε* quidquit *g* siqd *E* quicquid *cett.′ ς′* (*cons. β′*) 5 Adnuimus *Ω′* (*a*) *nisi quod ε euanuit* Annuimus *ς″* [‘pariter uetulis notisque columbis. quam sibi Lambinus lectionem coniectura proponit, eam continet *V*, sed in τὸ noti s littera suprascripta, sed in uetulis et columbis apposita. sic et cod. Sil., quam genuinam credo’ *Cruq.*] 8 queris *E γ λ* 9 celum *λ ε* fertis *Ω′* (*v π′ a g r et codd. Bland. praeter V*) effertis *β′ σ v* (*et V*) *y* ecfertis *Paulyus* 10 fugiti,us (v *suprascr.*) *l* fugitiuus *Ω ς″ Pph.′* 11 pociore *λ* 12 si] sic *F λ′ ε a. corr. opp. floril. Nostr.* 13 Ponenda *y* [*Fran. uar. codd. Bland.*] *Sauppeus philol.* XVIIII 253—56 *opp. Ω′ ς″ gloss. Γ flor. Nostr.* domo (p domui *suprascr.*) *γ* (*a* [*superscr.* 2] *et Fran.*) domvi

nouistine locum potiorem rure beato?
est ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
leniat et rabiem Canis et momenta Leonis,
cum semel accepit Solem furibundus acutum?
est ubi diuellat somnos minus inuida cura?
deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?
purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum,
quam quae per pronum trepidat cum murmure *rium?
nempe inter uarias nutritur silua columnas,
laudaturque domus longos quae prospicit agros:
naturam expelles furca, tamen usque recurret
et mala perrumpet furtim fastidia victrix.

TESTIMONIA.

17 Acr. ad serm. II 3, 163 24 florilegium Paris. 8818ª Hildebertus sermon. 68 p. 570 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 cf. Ioannes Saresberiensis policr. III 8: ʽnaturae . . . quam licet expellas — recurretʼ

VARIA LECTIO.

E quod inrepsit ex gloss.; domo etiam flor. Nostr. om. g 1 aera ε *uu.* 14—20 *n. l. v* *uu.* 15—17 *om. σ* 1 15 tepe*ant E* 16 canis et] cani fert *E a. ras.* 18 diuellat *E pr. F λ′ ε* (*v ut uid. π′ r σ* 2 *uar. et* 4 *Bland.*) depellat *E corr. γ* (*β′ σ a g v*) *florileg. Nostr. improbandum propter* ʽexpellesʼ *u.* 24, ʽpellebatʼ *u.* 35, ʽdepulitʼ *u.* 38 *cf. anacreont.* 33, 9 *Rose:* ʽκατά μεν σχίσας ὀνείρουςʼ *Claudian. in Rufin.* I 210 *sq.:* ʽfulgentibus illic surgunt strata toris, hic mollis panditur herba, sollicitum curis non abruptura soporemʼ *schol. Γ:* ʽMaronianum illud: nec somnos abrumpit cura salubresʼ [*georg.* III 530] somnum *π′* somnus *r* 1 *y* 19 libicis *γ E ε* lapillis] tapetis *Bentlei superuacua suspicio opp. florileg. Nostradam.* 21 riuum *Ω′ florileg. Nostradam.* *post u.* 22 *in y* [*π*] *sex uu. erasi sunt*, *tum sequitur u.* 23 22 uarias] parias *y* [*Lambini et Valarti codd.*] *fort. coni. Lamb.* conspicit *γ* *uu.* 24—28 *del. Guyetus* 24 expelles *Ω′ ς″* (*et omn. Bland.*) *florileg. Nostradam. Bentl.* expellas *y* [*Mart. Sorbon. Valent.* 2] *ω Io. Saresber. Hildebertus Vincentius* repelles *florilegium Paris.* 8818ª 25 prorumpet *florileg. Nostradam.* fastidia *E ε* (*σ g*) *florileg. Nostradam. Bentl.* fastigia *γ F λ′* (*v π′ a r v et β* 2 *Fran.*) uestigia *y* [*β* 1 *Bambergens. Barcinon.* 4 *Bland.*] *Stallbaumius cf. Senec. epist.* 119, 5: ʽinter reliqua hoc nobis praestitit natura praecipuum; quod necessitati fastidium excussitʼ

non qui Sidonio contendere callidus ostro
nescit Aquinatem potantia uellera fucum,
certius accipiet damnum propiusue medullis,
quam qui non poterit uero distinguere falsum.
quem res plus nimio delectauere secundae,
mutatae quatient. siquid mirabere, pones
inuitus. fuge magna: licet sub paupere tecto
reges et regum uita praecurrere amicos.
*ceruos equm pugna melior communibus herbis
pellebat, donec minor in certamine longo
implorauit opes hominis frenumque recepit;
sed posquam uictor uiolens discessit ab hoste,

TESTIMONIA.

30—33 Hildebertus moral. philos. p. 988 30 sq. 'quem — quacient' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 30 florilegium Paris. 8818[a]

VARIA LECTIO.

27 potentia γ 1 φ *pr.* po/,tantia ε fucum *Ω′ ς″ Porph.′ flor. Nostr.* sucum *y nec scio an sint quibus* 'sucum' *hoc loco legisse uideatur Auienus cf. Arat.* 346: 'Assyriumque bibunt noua uellera sucum' *fort. illic quoque* '*fucum*' *scribendum* 28 Cercius ε dampnum *F λ′* propiusque γ (*σ* 1 *a g* 2 *et Lips. cons. β* 1) propiusue *cett.′* (*ν σ* 2 *g* 1 *r* 2 *aut corr. v et π Fran.*) *flor. Nostr.* propius *r* 1 *aut pr.* [potiusue 4 *Bland.* (?)] 29 potuit ε *pr. opp. Pph.′ flor. Nostr.* distingere *y opp. Ω′ ς″ florileg. Nostradam.* 30 nimio] iusto *Vincentius opp. florileg. Nostradam.* 31 Motatae *E* quacient *E* ε *pr.* mirarabere γ pones *E* 33 praecurrere] praecedere *y* praecellere *y* 34 Ceruus *Ω′ ς″ florileg. Nostradam.* equm *y* [*Gronou.*] equum *Ω′ ς″ florileg. Nostradam.* pugnae *Nic. Heinsius improb. Bentl., qui confert c.* III 6, 16: 'melior sagittis' 36 Inplorauit ψ ε (*et β*) Implorauit *cett.′ ς* (*et π′ Fran.*) *florileg. Nostradam.* Impor: *r* 1 frenum] *frenum* regnum *π′ opp. floril. Nostr.* 37 Set γ posquam *a* postquam *Ω′ ς″ floril. Nostr.* uiolens uictor *E y* uictor uiolens *cett.′ ς″ floril. Nostradam.* ('uiolens' *testatur schol. Γ*) uiolens uicto *Bentl. addens:* 'sed . . . illud uiolens nequaquam mihi placet; et atrociorem mendam hic olim inoleuisse facile mihi persuadeo' uicto sonipes *et* domito uictor *aliae Bentlei suspiciones* uictor uicto ω [*editio Cadomensis epistularum Horati a.* 1480] uicto ridens *Hauptius* uicto insultans *Hamacherus* uicto inludens *Holderus* uitulans uicto *Ieuerus ad Lucan.* I 81 *alii alia: lectionem libris traditam ut elegantem ac significantem*

non equitem dorso, non frenum depulit ore.
sic qui pauperiem ueritus potiore metallis
libertate caret, dominum uehet improbus atque
seruiet aeternum, quia paruo nesciet uti.
cui non conueniet sua res, ut calceus olim,
si pede maior erit, subuertet, si minor, uret.
laetus sorte tua uiues sapienter, Aristi,
nec me dimittes incastigatum, ubi plura
cogere quam satis est ac non cessare uidebor.
imperat aut seruit collecta pecunia cuique,
tortum digna sequi potius quam ducere funem.
haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae,
excepto quod non simul esses, cetera laetus.

TESTIMONIA.

41 florilegium Paris. 8818[a] Augustinus quaest. in heptateuchum 1, 31 [III p. 556] Petrus Cluniacensis adversus Iudaeorum inueteratam duritiem c. 4 [biblioth. Cluniac. p. 1046[a]] Alcuini epist. ad D. Dauid p. 769 ed. Paris. 1617 Ioannes Saresberiensis policrat. V 10 42 sq. florilegium Paris. 8069 47 sq. florileg. Nostradam. (sine interpolatione) Hildebertus moral. philos. p. 991, inserto inter hos uersus hexametro Iuuenalis 14, 304: 'sed certe misera est magni custodia census' 47 Donatus ad Terent. hecyr. II 1, 27 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 Ioannes Saresberiensis policr. III 12; cf. Columbanus ad Sethum u. 51: 'nec subitis pereat collecta pecunia flammis' 48 cf. ecbasis captiui u. 484: 'prompta sequi tortum potius, quam dicere uerum' 49 cf. testim. ad epist. II 2, 214

VARIA LECTIO.

190 cf. Statius Theb. XII 657: 'mutat et innumeris peditumque equitumque cateruis' ecbasis captiui u. 347: 'tunc equitum turmae certant peditumque cateruae' 192 'esseda festinant, pilenta, petorita' glossarium Mai bis [classic. auct. VIII p. 417 et p. 419] 'eseda festinant' glossarium Mai [classic. auct. VIII 196] Quintilianus instit. I 5, 57: 'plurima Gallica eualuerunt ut raeda ac petorritum, quorum altero tamen Cicero, altero Horatius utitur' 194—196 Priscianus instit. V 2, 7 194 'si — Democritus' florilegium Cusanum [cod. saec. XII]

VARIA LECTIO.

181 ma^c^grum *E, corr. ead. m.* reducet *y opp. Porph.' flor. Nostr.* 182 Sepe *λ* 184 Ind^v^ucti *ψ λ'* 1 Indocti *φ* ^† depugnare^ decertare *y [Montepessul.]* 186 gaudet *E γ λ uar.* (*σ a g l* 2 *uar. r et β Lips. V*) *Porph.' ad u.* 187 plaudet *F λ'* (*d et π Fran.* 3 *Bland.*) plaudit *λ corr.* ^gaudet^ *y* plaudet *υ* 187 equiti *Bentl. opp. Pph.' et cf.* I 15, 13 188 incertos *Ω' ς'' Pph.' Porph.'* ingratos *Bentl.* incestos *Cuninghamus* intentos *Schützius* intortos *Praedicowius*; 'incertos oculos' *legimus etiam apud Senec. epist.* 83, 21 189 Quattuor *Ω'* (*a et π*) Quatuor *ς'* (*et Lips.*) pluris *γ* (*a r*) *y* [*Bamberg. Mellicens. Parisinus* 8214 *a* 1. *m.*] plures *cett.' ς''* plur^† i^es *υ* aulea *Ω' ς'' Pph.' Porph.'* 192 petorrita *Ω'* (*et omn. Bland.*) *Pf. cons. ς'' Pph.* petorita *σ* 193 Captiuum *Ω' ς''* corinthus *E corr.* 1 *aut* 2 *γ ς''* chorinthus *F λ'* (*υ pr.*) corinthos *E* 1 *aut pr. Pph.'* (*Porph.'* 'corinthum' *exhibet*) 194 ridet *γ*

diuersum confusa genus panthera camelo
siue elephans albus *uolgi conuerteret ora;
spectaret populum ludis attentius ipsis,
ut sibi praebentem nimio spectacula plura,
scriptores autem narrare putaret asello
fabellam surdo. nam quae peruincere uoces
eualuere sonum, referunt quem nostra theatra?
Garganum mugire putes nemus aut mare Tuscum,
tanto cum strepitu ludi spectantur et artes,
diuitiaeque peregrinae, quibus oblitus actor
cum stetit in scaena, concurrit dextera laeuae.
'dixit adhuc aliquid?' 'nil sane'. 'quid placet ergo?'
'lana Tarentino uiolas imitata ueneno'.

TESTIMONIA.

195 sq. Priscianus instit. V 4, 23 195 Priscianus VI 5, 27

VARIA LECTIO.

195 pantera *F λ′* 196 Seu *E* elephans *E γ* (*π′ a g r* 1 *et Fran.*) elephas *F λ′* (*σ r* 2 *et β*) *Pf.* elefas *d v Pph. cf.* 'Thoans' *Ouid. ex Ponto* III 2, 59 uulgi *Ω′ ς″* conuerteret *E F λ′ γ* 2 *ς′* conuertet *π′ ut uid.* conuerterit *γ* 1 *Prisciani codd. optimi duobus locis, praetulit Bentleius conl. serm.* I 1, 2, 'quamquam utrumuis sat commode admitti potest' 197 attentius *γ* (*σ a r v et β π*) attencius *g* (*et Fran. Lips.*) attennius *E* adtentius *F λ′* atentius *d* 198 prebentem *E γ λ* nimio *E* (*a* 1 *g r*) *y* [*π* 1 *V Mellicens. Montepessul. Par.* 8216] mimo *γ F λ′ E* 2 *uar.* (*β′ σ a* 2 *d v et π* 2 *Fran. Lips.*) *Porph.′ schol. γ* mimum *y* [*Barcin. Bruxell. Montepessul. uar. Nostradam.* 2 *Valentian.* 2 *uar.; Diu. Tons. Mart. Sil. apud Cruqu.*] *cf. uar. lect.* I 1, 32. 16, 61 plura *Ω′ ς″* //plura *v* (plura *etiam Basil.* I *qui ex v descriptus est*) risu *y* [*Montepessul. Parisin.* 8216 *uar. Petropolit. corr.*] multa *y* 200 nam quae] namque *λ y* 202 mugi//re *E* nemus] *omis. γ pr.* 204 Diuicię *λ* peregrine *E* *post* peregrinae *punctum pon. Doederlinus* auctor *ψ corr.* (*et π*) *y* 205 scaena *F* (*σ l et π*) scena *cett. ς* laeuae *E ut uid. F corr.* (*a et π* 2) leuae *γ λ′ corr.* (*σ r* 2 *et β* 2 *Lips. corr.*) leue *v* laeua *F pr. ut uid.* (*r et π* 1) leua *λ′ pr.* (*β′ d g et Lips. pr.*) 206 nihil *E Pph. cons. β′ opp. Pf.* 'Nihil sane] respondentis est, et iterum 'quid' Horatius dicit' *Porph.′* 207 Laena *Marcilius, refutauit Fea* tarentino *F λ′* (*σ g et Lips.*) *Pph.′* tarentino *E* terentino *γ* (*β′ a d r* 1 *ut uid. et π*) terentino (a *superscr.*) *v* imitata *E γ λ superscr.* (*σ a g r et π* 2 *Fran. Lips.;* inm: *β*) imitare *F λ′* (*d et π* 1)

ac ne forte putes me, quae facere ipse recusem,
cum recte tractent alii, laudare maligne:
ille per extentum funem mihi posse uidetur
ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
inritat, mulcet, falsis terroribus implet,
ut magus, et modo me Thebis modo ponit Athenis.
uerum age et his, qui se lectori credere malunt
quam spectatoris fastidia ferre superbi,
curam redde breuem, si munus Apolline dignum
uis complere libris et uatibus addere calcar,
ut studio maiore petant Helicona uirentem.
multa quidem nobis facimus mala saepe poetae
(ut uineta egomet caedam mea), cum tibi librum
sollicito damus aut fesso; cum laedimur, unum
siquis amicorum est ausus reprehendere uersum;
cum loca iam recitata reuoluimus inreuocati;
cum lamentamur non apparere labores
nostros et tenui deducta poemata filo;

TESTIMONIA.

210—213 florileg. Nostradam. 217 'et uatibus addere calcar' Priscianus instit. VI 6, 31 221—225 'Nunc ledimur — filo' florileg. Nostradam. 225 'et alibi in Honorato (sic pro Horatio): subtili deducta poemata filo' schol. Ouid. amor. I 14, 7 apud Burmannum cf.

VARIA LECTIO.

208 Ac ne Ω′ ς″ *Pph.′* At ne *y* 209 Quem (ł cū) γ Cū (ł quī) *y* [*Barcinon.*] 210 extum λ *pr.* extentum *cett.′* ς′ *Pph.′ floril. Nostr.* extensum *y* [β *Mellic. Montepess. Petropol.*] 212 Inritat *E* Initat (r) λ Irritat *cett.* ς″ *florileg. Nostradam.* implet Ω′ ς″ *florileg. Nostradam.* 214 credere Ω′ ς″ tradere *y* [*Montepessul.*] 215 superbi Ω′ ς″ superba *y* [*Corbeian.*] 216 redde Ω′ ς″ impende *y* [*cod. coll. Trin.*] *Bentl.* preuem *E pr. ut uid.* 217 conplere λ (*et* β) complere *cett.* ς′ (*et Fran.*) 219 *REDIT* ε *h. u. superiore parte abscisa* 219 quidæm λ facimus nobis *v y* sepe λ po&e *E* 220 U : : : : neta : : : : : : am mea ε cedam λ 221 laedimur ε (*a l r*) ledimur *cett.* ς″ *florileg. Nostr.* 222 est ausus] audet *y* [*Valentian.* 1] reprehendere Ω′ ς″ (*et omn. codd. Cruquii*) *floril. Nostradam.* reprendere σ *y* [*Sorbonens. cum aliis*] *Bentleius: nec uero in epistulis hac forma usus esse uidetur Horatius* repẽdere *y* [*Gronou.*] 223 reuolumus γ reuol//uim' *a* inreuocati Ω′ ς″ ĩr: *g* 225 d : : ducta ε deducta *cett.′* ς″ *florileg. Nostradam. schol. cod.*

cum speramus eo rem uenturam, ut simul atque
carmina rescieris nos fingere, commodus ultro
arcessas et egere uetes et scribere cogas.
sed tamen est operae pretium cognoscere, qualis
aedituos habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poetae.
gratus Alexandro regi magno fuit ille
Choerilus, incultis qui uersibus et male natis
rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

TESTIMONIA.

Auson. grat. act. p. 296 Bip.: 'tenuiore filo, ut dicitur, deducta libauerim' Columnella X 40: 'Pierides tenui deducite carmine Musae (sc. cultus et tempora serendis arboribus etc.)' 232—234 huc respexisse uideatur Ausonius epist. 16, 3: 'cumque ego imitatus sim uesaniam Choerili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri' 234 imitatus est Ausonius epist. 5, 19: 'bis septem rutilos regale nomisma Philippos' 18, 5 sq.: 'ergo interceptos regale nomisma Philippos accipe tot numero, quot duo Geryones'

TESTIMONIA.

Leidensis ad Ouid. amor. I diducta *y* [*Montep.*] 226 eo rem uenturam *E γ ε λ uar.* (*π′ σ a g r et Fran.*) item fore uenturum *F* 1 *λ′* (*d v et β*) 228 Arcessas *γ F λ′ ε ς″* Acersas *E* 1 *ut uid.* Accersas *E* 2 *ut uid.* (*σ v et π* 2); *schol. Γ interpol.* (*om. cod. γ*): 'Discretio inter accerso et arcesso h(a)ec est: accerso s. uoco et uenit a uerbo quod est accio, accis, quod est quart(a)e coniugationis; arcesso idem significat quod et primitiuum eius a quo deriuatur ·i· arceo. sed secundum Priscianum arcesso uenit ab arcio quod nunc dicimus accio et est compositum ex ad et cio quod est uoco, quia antiqui ar pro ad dicebant' (*sic cod. E*) 229 Set *γ* Sed *cett. ς* (*l* 2; *l* 1 *non liquet*) *Pph.′* opere *E φ λ′* precium *E λ ε* qualis *y* [*π*] quales *Ω′ ς′* 230 habeant *γ* bello *σ y* [*Lips. pr. Montepess. pr.*] 231 po&e *λ uu.* 232—270 *del. Gruppeus* 232 Gra : : : alexandr : : *ε* magno] Magno *editorum plerique opp. Doederlin. epist.* II *p.* 77 *et cf. s.* II 3, 45 *sq.*: 'haec populos, haec magnos formula reges excepto sapiente tenet' *et Auson. epist.* 16, 3: 'cumque ego imitatus sim uesaniam Choerili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri' ille] illi *Peerlkampus ad art. poet.* 357; ill : : *ε* 233 Choerilus *ε* (*a g r et Fran.*) Cherilus *γ* (*σ v*) Choerulus *E* (*et β*) Choerilos (v above o) *F λ* (*d et Lips.*) Choerilos *λ′* (*π′*) *Bentl.* et] ac *y* 234 Rettulit *γ F λ ε ut uid.* (*π′ a r et Fran.*) *Pph. Porph.* Retulit *E* (*σ d g l v et β*) *Pf. Porf.* nomisma *Ω′ ς′* (et *β*) *Porph. cons. pandect. Florentin. Ausonius* numisma *v* 2 *y* [*Fran. cum aliis*] *Porf.* philippus *γ* 1 philipos *E λ pr.*

sed ueluti tractata notam labemque remittunt
atramenta, fere scriptores carmine foedo
splendida facta linunt. idem rex ille, poema
qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
edicto uetuit, nequis se praeter Apellen
pingeret aut alius Lysippo duceret aera
fortis Alexandri uoltum simulantia. quodsi
iudicium subtile uidendis artibus illud
ad libros et ad haec Musarum dona uocares,
Boeotum in crasso iurares aere natum.
at neque dedecorant tua de se iudicia atque
munera, quae multa dantis cum laude tulerunt
dilecti tibi Vergilius Variusque poetae,
nec magis expressi *uoltus per aenea signa,

TESTIMONIA.

248—250 'Non m:— cl: appellant' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

235 Set γ Sed *cett.'* ς'' *Pph.'* 236 fedo λ' ε 237 Sple : : : ida facta : : : nunt ε 238 ridiculū ε kare y [*Petropolit.*] 239 nequis *uel* ne quis Ω' ς'' ne qui *Cuninghamus*, *sed cf. Plin. nat. hist.* VII 125 *D.*: 'idem hic imperator edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles scalperet, quam Lysippus ex aere duceret' preter γ λ apellent// λ apellem λ *corr.* (*l v et Fran.*) y apellen *cett.* ς' (*l p. ras. et β*) appellen *g* 240 duceret] cuderet *Lambinus Bentl. cf. Vergil. Aen.* VII 634: 'aut leuis ocreas lento ducunt argento' aera Ω' ς'' era *g* aere *y* [*Regin.* 1] *Cuningh.* 241 uoltum γ *F* λ' (π' *d r* 1) *y* [*Gron. Voss.*] uultum *E* ε (β' σ *a g r* 2 *v*) similantia *Pontanus* 242 Iuditium *E* γ φ suptile *Pf. Porf.* illvd γ 243 liberos ε ad hec λ adhuc ε 244 Bocotum γ (*a r* 1) Boetum *E ut uid. F* λ' ε ς'' in] *del. Glareanus* iu//rares γ 245 At Ω' ς' *Pph.' schol.* Γ Ad σ Ac β' *y coni. Cuninghamus* iuditia *E* 246 tulere λ *corr.*, λ *pr.* tuler̃ = tulerum (tuler̃ = tulerunt *l*) 247 tibi] tui *E ut uid.* uergilius β' *y Porph.'* uirgilius Ω' ς' *schol.* Γ uarius *E* γ (*a g et Lips.* 2 3 *codd. Bland.*) *Porph.* uarus *F* λ' ε ς'' (*et V*) *Porf.*

INDE AB HOC VERSV DEFICIT γ 1

Ω' = *E F* λ' (λ *l*) ε; ς'' = *aut omnes codd.* β' (β *Fran.*) π' (π *Lips.*) σ *a d g r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; ς = *aut omnes codd.* σ *a d g r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

248 expsi ε uultus Ω' ς' *flor. Nostr.* (uultu^s π) enea *E*

quam per uatis opus mores animique uirorum
clarorum apparent. nec sermones ego mallem
repentis per humum quam res componere gestas,
terrarumque situs et flumina dicere et arces
montibus impositas et barbara regna, tuisque
auspiciis totum confecta duella per orbem,
claustraque custodem pacis cohibentia Ianum,
et formidatam Parthis te principe Romam,
si, quantum cuperem, possem quoque; sed neque paruom
carmen maiestas recipit tua, nec meus audet
rem temptare pudor quam uires ferre recusent.
sedulitas autem stulte, quem diligit, urget;
praecipue cum se numeris commendat et arte:
discit enim citius meminitque libentius illud

TESTIMONIA.

258 sq.: 'Non meus — recusent' florileg. Nostradam. 262 sq.: 'Discit homo citius — ueneratur' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

Ω′ = E F λ′ (λ l) ε: ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) π′ (π Lips.) σ a d g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur: ς = aut omnes codd. σ a d g r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

250 malle ε, *lineola supra* e *fort. euanuit* 251 Repentis *E* (*a*) *y* [*π Bruxell. Mellicens. Valentian.*] *Pph.* Repentes *cett.′ ς′ Pf.* conponere λ (*et β*) 253 impositas *Ω′ ς″ Pf.* inponit *Pph.* inpositas *y*: *E parum liqu.* 254 Auspitiis *E ut uid.* tuella ε 1 255 Clastra *E* 1 cohibencia λ 257 sed *Ω′ ς′* (se π 1) paruom *y* [π 1] paruum *Ω′ ς′* 259 recusent *Ω′ ς* (*et β π*) *flor. Nostr.* recusant σ *r* 1 (*et Fran. Lips.*) 260 qu : : diligit ε autem, stulte quem diligit *Lambinus*: autem stulte, quem diligit, *Bentl.*: *item cod. Reginensis* urguet *E* (*π′ a g l* 1 *r*) urget *F λ ε* (*β′ σ d l* 2 *v*) *uu.* 261—270 *in ε abscisae sunt partes finales*: 261 *desunt*: (c)ommendat et arte, 262 (meminitq)ue libentius illud, 263 (pro)bat et ueneratur, 264 (gr)auat, ac neque ficto, 265 (cere)us usquam, 266 (u)ersibus opto, 267 (m)unere et una, 268 (po)rrectus operta, 269 (uendente)m tus et odores, 270 amicitur ineptis ε 261 Precipue *F λ′ε*

262 Discit *Ω ς″ Porph.′ floril. Nostrad. cons. Pf.* Dicit *l pr. ut uid. Pph.* Discet *y* [*V*] *schol.* ε enim] homo *florileg. Nostrad. opp. etiam V* cicius λ

quod quis deridet, quam quod probat et ueneratur.
nil moror officium quod me grauat, ac neque ficto
in peius uoltu proponi cereus usquam
nec praue factis decorari uersibus opto:
ne rubeam pingui donatus munere et una
cum scriptore meo capsa porrectus operta
deferar in uicum uendentem tus et odores
et piper et quicquid chartis amicitur ineptis.

II

Flore, bono claroque fidelis amice Neroni,
siquis forte uelit puerum tibi uendere natum

TESTIMONIA.

267 sq. glossarium Mai [classic. auct. VIII 124]: ‘unde Horatius: et una cum scriptore meo capsa protectus operta’

VARIA LECTIO.

265 Impeius σ *l* (*et* β π *Lips. p. ras.;* Impetus *Lips. a. ras.*)*; cf. Plin. epist.* V 15: ‘pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in peius effingunt’ uoltu ε (*d*) *y* [*Gron. Voss.*] uultu *cett.′* ς″ cęrc | ⸗ ε umquam (s supra m) *y* [*Montepessul.*] 267 Nec *E* 1 Ne *cett.′* ς″ *Pph.′ Porph.′* 268 porreptus (c supra p) *E*, correptus *E pr.?* protectus *glossar. Mai* ‘capsa correptus] bene correptus et in capsa (capso *Porph.*) opertus quasi mortuus in feretro’ *Pph.′ Porph.′* (*cons. edit. Venet.* 1481 *et codd. Vatican. et Chisian.*) operta Ω′ ς″ *glossarium Mai Bentleius* aperta *y* [*Bernens.* 508 *Sorbonens. pr. Vindobon.*, *Pottieri cod.* 20, *Schmidii Wolfenbuttelanus*, *aliquot Feae*] ω *Fea; arcas, in quibus mortuorum corpora efferebantur, uel apertas uel opertas seu clausas fuisse docet Marquardtus antiqu. Rom.* V 1, 360 269 Deferas *E* 1 (Deferat β Referat *Fran.*) tus *E* (β′ *a d g r et Lips. codd. Cruquii*) thus *F* λ′ (σ *et* π) &thus *v* 270 quicquid Ω′ ς′ quidquid π′ *g* chartis ε (*a d r et Lips.*) charthis *E* cartis *cett.′* ineptis Ω′ ς″ inemptis (*uel* inemtis) *y* [1 *cod. Feae*, *cod. Sil. Cruquii*] *Landinus*, *sed cf. Catull.* 36, 1. 6 *Martial.* III 12

II 2. AD FLORVM *F* λ (σ *a r v et Fran. cons. Lips.*) *inscriptionem omis. E* (*d pr. aut* 1 *g l et* β π)*: in E* 1 (*d pr. aut* 1) *ne internallum quidem extat nec maior littera* F *in* Flore *uu.* 1—10 *partes finales abscisae* ε*;* 1 *desunt:* (fideli)s amice Neroni, *u.* 2: tibi

Tibure uel Gabiis et tecum sic agat 'hic et
candidus et talos a uertice pulcher ad imos
fiet eritque tuus nummorum milibus octo,
uerna ministeriis ad nutus aptus erilis,
litterulis Graecis inbutus, idoneus arti
cuilibet, argilla quiduis imitaberis uda;
quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti.
multa fidem promissa leuant, ubi plenius aequo
laudat uenalis qui *uolt extrudere merces.

TESTIMONIA.

II 2. 4 ecbasis captiui u. 1146 'talos — imos' Ausonius epist. 4, 48 7 cf. ecbasis captiui u. 1151: 'litterulis doctus, multis et honoribus auctus' 10 sq.: 'Multa — merces' florileg. Basil. F. IV 38 10 'Multa — leuant' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

uendere natum, *u.* 3 agat, hic et, *u.* 4 (uertic)e pulcher ad imos, *u.* 5 milibus octo, *u.* 6 (a)ptus erilis, *u.* 7 (i)doneus arti, *u.* 8 imitaberis uda, *u.* 9 sed dulce bibenti, *u.* 10 ubi plenius aequo ε 3 gabis λ hic et *E F* λ' ς'' *Pph.'* hic est *y* 4 Candib, *E* 1 5 milibus *E F* λ' ς'' millibus *a g* 6 adut//us *E* erilis *y* [*Zulichemian. pr.*] eriles *E F* λ' (β' σ *pr. a d et* π) heriles σ *corr. g r v* (*et Lips.*) 7 Litterulis *E F* λ'ε (β' *a d g corr. r v*) Literulis σ *g pr.* ḡcis *a* grecis *E F* λ'ε ς'' inbutus *E F* ε (σ) imbutus λ'ς'' 8 Quilib& λ 1 argille ε 1 qui uis ε quauis *E* 1 *aut pr.* imitaberis *E* ψ *uar.* (β' 1 σ *a g l* 2 *uar. et Lips. omn. Bland.*) *schol.* Γ *Bentl.* iMitaberes (itur) *r* imitaberis (bit) *v* imitabitur λ' (β' 2 *d r corr. et* π 2) *schol.* Γ *uar. Fea* imitabimur *F* (*et* π 1) *cf. Persius s.* 3, 23: 'udum et molle lutum es' *schol.* Γ (*r Bamberg.*): 'Quidam imitabitur legunt, quod est a puero alienum; melius ergo legimus imitaberis id est tanti ingenii est, ut flectas eum quo uelis tamquam argillam udam et in ueteribus exemplaribus imitaberis inuenitur' 9 s, *E* *uu.* 10 *sq. ex Horati persona, non ex uenditoris dictos accipiunt scholia* (*E* ε *Porph.' Pseudoacron uolgatus*) 10 læuant *E* equo λ *uu.* 11—31 *initia desunt* ε *absisis de u.* 11: Laudat — uo(lt), *u.* 12 — meo, *u.* 13 — face(ret), *u.* 14 — semel, *u.* 15 — metuen(s), *u.* 16 — nihi(l), *u.* 17 — se(curus), *u.* 18 — uitiosum, *u.* 19 — hunc, *u.* 20 — proficisc(enti), *u.* 21 — m(ancum), *u.* 22 — epistul(a), *u.* 23 — f(acientia), *u.* 24 — q(uereris), *u.* 25 — mi(ttam), *u.* 26 — collec(ta), *u.* 27 — dum, *u.* 28 — hoc, *u.* 29 — ieiun(is), *u.* 30 — loc(o), *u.* 31 — et ε 11 Laudet *Stallbaumius* uenalis *a y* [π *Montepessul.*] *Pph.'* uenales *E F* λ' ς' *Pf. corr.*

res urget me nulla: meo sum pauper in aere.
nemo hoc mangonum faceret tibi; non temere a me
quiuis ferret idem. — semel hic cessauit et, ut fit,
in scalis latuit metuens pendentis habenae:'
des nummos, excepta nihil te si fuga laedat:
ille ferat pretium poenae securus opinor.
prudens emisti uitiosum, dicta *tibist lex:
insequeris tamen hunc et lite moraris iniqua?
dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi
talibus officiis prope mancum, ne mea saeuos
iurgares ad te quod epistula nulla rediret.

TESTIMONIA.

13 'nemo — tibi' glossarium Mai [classic. auct. VIII 334]

VARIA LECTIO.

uolt *y* [*cod. Corbeian.* (?)] uult *E F λ′ ς″* extrudere *E* (*β′ σ a g r v et Lips.*) *florileg. Basil.* excludere *F λ′ ε* (*d et π* 4 *Bland.*) 12 urget *E F λ′ ς″ Pph.′* urgu& *a* 14 Quisuis *F* 15 Sub scalis *y*, *sed uide Richium s. u. scala* scolis *λ′* (*β′*) habene *λ* *post u.* 15 *Lehrsius hunc interpolat:* sic si quod satis est sapienti dicat aperte, 16 *Horati uerba, non mangonis uernulae uitia quam maxime tegentis* nihil] plani *E. C. Franckeus* fugā *ε* laedat *F* (*σ a l et β Lips.*) ledat *E λ* (*d g v et π Fran.*) ledet *ε* (*r* 1) *y* laedit *y* [*V et* 1 *cod. Bentlei*] *Bentleius*, '*magis ex more Horatiano*' [?] 17 ferat *E F λ′ ς″ Pph.′* feret *ω* 'subibit' *Porph.′ in interpretat.* poene *E λ′* 18 uiciosum *λ* dicta tibi est lex *ε* (*π′ σ a* 2 *r v*) dicta tibi est *Pph.′* dicta est tibi lex *E* (*a*) dicta tibi lex est *F λ′* dicta (dista *d* 1) tibi lex *β′ d* 2 *g y* [*Bruxell.* 1 *Zulichemian.*] est dicta tibi lex *y* [*Valentian.*] 19 iniqua. *interpung. et codicum et editorum pars*

20 *DENVO INCIPIT δ; Ω″ = E F λ′* (*λ l*) *δ′* (*δ d*) *ε*; *ς″ = aut omnes codd. β′* (*β Fran.*) *π′* (*π Lips.*) *σ a g r* (*d l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. σ a g r* (*d l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

21 offitiis *φ* ne] & (*superscr.* ////) *λ* (& ne *β* //// (*superscr.* ne) *π*) //// (*superscr.* ne) *ψ* &, *om.* ne, *superscr. cum l* sęuos *y* [*π* 1 *ut uid.*; sęuus *π*] saeuus *F ε* (*a l et Fran. Lips.*) seuus *E λ δ′ ς* (*et β*) seuus (*superscr.* + solus) *v* 22 epistula *a* (*et π V*) epla *E δ′* (*β′ v*) eplā *F* epistola *λ′ ς* rediret *E δ′ ε ς″* (*et* 4 *Bland.*) ueniret *F λ′ δ′ uar.* (*v*) 'i. ueniret' *gloss. Γ*

quid tum profeci, mecum facientia iura
si tamen adtemptas? quereris super hoc etiam, quod
expectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta uiatica multis
aerumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem
perdiderat, post hoc ueemens lupus, et sibi et hosti
iratus pariter, ieiunis dentibus acer,
praesidium regale loco deiecit, ut aiunt,
summe munito et multarum diuite rerum.
clarus ob id factum donis ornatur honestis,
accipit et bis dena super sestertia nummum.
forte sub hoc tempus castellum euertere praetor
nescio quod cupiens hortari coepit eundem
uerbis quae timido quoque possent addere mentem:
'i, bone, quo uirtus tua te uocat, i pede fausto,

TESTIMONIA.

uu. 26—40 florileg. Nostradam. 29 ecbasis captiui u. 1228

VARIA LECTIO.

Ω″ = E F λ′ (λ l) δ′ (δ d) ε; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) π′ (π Lips.) σ a g r (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omn. codd. σ a g r (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

23 tum *Ω″ ς″ Pph.′* tunc *y* [*Montepessul.*] 24 attemptas *δ* (*g v et π*) *Pf.* adtemptas *E F λ′* (*σ a r et Fran. Lips.*) *Pph.* atemptas *d* queris *E* 25 Expectata *E F λ′ δ ς″ cons. d* Exspectata *σ r* mitam *δ′* 26 Luculli *Ω″ Porph.′ florileg. Nostradam. cons. ς′* Lucilli *π′ r* 1 *Pph.* 28 p̊ *E* ueemens *δ′ Pph. pr.* uehemens *cett.′ ς″ flor. Nostr.* 30 Presidium *E λ′* agunt *ε* 31 multatarū *E* *uu.* 32—52 *initia prope modum euanuerunt ε* 32 obit *E* 1 *y* factum *E F λ′ δ′ ς′ flor. Nostr.* (factū *π*) factus *y* facti *Cuninghamus*

ornatur *Ω″ ς′* hornatur *florileg. Nostradam.* ornatus *π′ r* oneratur *Wakefieldus* honestis *Ω″ ς″ florileg. Nostradam.* opimis *E* 2 *uar. λ uar.* (*g*) *y* [*V Parisinus* 8216; oppimis *Sorbonens. uar.*] *recepit Stallbaumius, lectio Mauortiana ?* 33 sestercia *λ*

34 p̃cor *E* 1 *u.* 35 *omis. φ pr., ead. m. add. in margine*

36 timidis quoque possent addere mentis *Paulyus* mentem *Ω″ ς″ florileg. Nostrad.* menteis *y* [*V* (?)] mentis (*gen. partitiu.*) *Ribbeckius*

37 tua te u: *floril. Nostr.* tua] mea *λ a. corr.; recte etiam l et florileg. Nostradam.*

grandia laturus meritorum praemia! — quid stas?'
post haec ille catus, quantumuis rusticus, 'ibit,
ibit eo quo uis qui zonam perdidit' inquit.
Romae nutriri mihi contigit atque doceri,
iratus Grais quantum nocuisset Achilles.
adiecere bonae paulo plus artis Athenae,
scilicet ut uellem curuo dinoscere rectum
atque inter siluas Academi quaerere uerum.
dura sed emouere loco me tempora grato,
ciuilisque rudem belli tulit aestus in arma,
Caesaris Augusti non responsura lacertis.
unde simul primum me dimisere Philippi,
decisis humilem pinnis inopemque paterni
et laris et fundi Paupertas impulit audax

TESTIMONIA.

41—48 uita Horati in codice Romano [Feae H] 41 Porphyrion uita Horati: 'puer admodum Romam cum parente migrauit, ut ipse dicit: Romae — doceri' 44 cf. Persius 4, 11 sq.: 'rectum discernis, ubi inter curua subit' 51 cf. Persius prolog. 10 sq.: 'magister artis ingenique largitor uenter, negatas artifex sequi uoces'. Appuleius de magia 18, 434: 'paupertas . . . omnium artium repertrix'

VARIA LECTIO.

38 premia *λ* qid *λ* 39 hec *E λ* (*g v*) haec *cett.* ς″ *Pph.′* hoc *y omis. florileg. Nostradam.* 'quantumuis] responsio militis Luculli' *gloss. Γ* 40 quouis *δ flor. Nostr.* qui] quo *ε* inqit *ψ* inqĩ *φ*
41 nutriri] *non liquet ε* congit *E* 42 grais *Ω″* ς′ (*et Lips.*) graiis *y* [*π*] 43 paulo *Ω″* ς″ *Pph.′* 44 uellem *E* (*a g*) *y* [*Mellicens. Montepessul. Parisin.* 8214 *Reginens.* 2 *superscr. Valentian.* 1] possim *F λ′ δ′ ε* (*π′ v et Fran.*) possem *σ r* (*et β*) *y* scirem *y* [*Nostradam.* 2 *uar.*] dinoscere *Ω″* ς″ *Pph.′* 45 achademi *E* querere *E λ δ′* rerū (u superscr.) *λ* (uerū *l*) 46 emouere *δ*, *sed* e *in ras.* (sede mouere *a d et β*; se demouere *E*; sedemouere *Lips.*) : : : ouere *ε* emouere *cett.′* ς″ (*et omn. Bland.*) amouere *v y* .me· loco t: *E*
47 rudę *φ* estus *λ* 48 Cesaris *E δ′* non responsura] responsatura *Peerlkampus* 49 medii misere *F a. ras. λ′ a. ras. Pph.* philippis *F λ′* 50 Decissis *E* pinnis *E* (*π′* 1 *r* 1) *y* [*β* 1 *Mellicens. Nostradam.* 1 *ut uid. Reginens.* 1] *Porph.′* pennis *cett.″* ς (*π′* 2 *et β* 2 *Fran.*) 51 Uet *λ*, *miniatoris culpa; recte l* impulit *Ω″* ς″ *Pf.* inp. *Pph.* //edax *λ*, *recte l*

ut uersus facerem: sed quod non desit habentem
quae poterunt umquam satis expurgare cicutae,
ni melius dormire putem quam scribere uersus?
singula de nobis anni praedantur euntes:
eripuere iocos, uenerem, conuiuia, ludum;
tendunt extorquere poemata: quid faciam uis
denique? non omnes eadem mirantur amantque:
carmine tu gaudes, hic delectatur iambis,
ille Bioneis sermonibus et sale nigro.
tres mihi conuiuae prope dissentire uidentur,
poscentes uario multum diuersa palato.
quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter;
quod petis, id sane est inuisum acidumque duobus.
praeter cetera me Romaene poemata censes

TESTIMONIA.

55 sq. Ioannes Victoriensis II 8 p. 321 B. 55 s. Thomas epist. 191 ad Owenum regem Walliae [Giles. III 391] 58 'non — amantque' florilegia Nostradam. et Paris. 8818[a] 61—64 florileg. Nostrad. 62 'uario — palato' ecbasis captiui u. 141 65—69: 'Rome ne — utrique est' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

52 Eut λ, *miniator uolucrat* Et (*U*t *l*) uer^s^us δ′ sed Ω″ ς″ defit *Aubertus annal. philol. et paedag. Havn.* I 2 *p.* 111—122 53 umquam *E F* λ′δ′ (π′*a r* 2) unquam ε (*g r* 1 ? *v et Fran.*) *Pf.* ũquam σ (*et* β) expurgare Ω″ ς″ (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph.′ Porph.′* expugnare *y* [*Mellicens.* 1] 54 Ni melius Ω″ ς″ Ne melius *Cruquius* Nil melius *y* quem (a supra e) λ 55 predantur λ *u.* 57 *hic omis. y* [π *pr.*] 57 Tendunt (V supra T) *l* //tendunt λ quid faciam uis denique ? *interpunximus cum Doederlino cf. art. poet.* 267 faciam uis Ω″ ς′ (*et Fran.*) *Pph.′ Porph.′* faciamus *g* (et β) *y* 58 amantque? *Doederlinus* *uu.* 61—73 *exitus euanuerunt in* ε *excepto u.* 62 *u.* 61 *post u.* 62, *et u.* 63 *ante u.* 62 *pon. Ribbeckius* 62 multum] multa et *y* [*Petropolit.*] *opp. florileg. Nostradam.* 63 dem? quid non dem?] ///dem? quid (n̄ supra) dem λ tu quod δ′ε (β′σ *a g l* 2 *r v et Lips.*) *Pph.′ floril. Nostr.* tu qđ n̄ *E* quod tu *F* λ′ (*et* π) *y Bentleius; nos seruauimus chiasmum* 64 acidum inuisumque *flor. Nostr.* 65 Preter λ′ δ′ caetera *F* δ crēa (ete supra) *E* romae mene *y* ω *opp.* Ω″ ς″ (*et omn.*

scribere posse inter tot curas totque labores?
hic sponsum uocat, hic auditum scripta, relictis
omnibus officiis; cubat hic in colle Quirini,
hic extremo in Auentino, uisendus uterque:
interualla uides humane commoda. 'uerum
purae sunt plateae, nihil ut meditantibus opstet'.
festinat calidus mulis gerulisque redemptor,
torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum,
tristia robustis luctantur funera plaustris,
hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus:

TESTIMONIA.

uu. 72—77 florileg. Nostradam. 75 Donatus ad Terent. adelph. III 2, 21 'hac lutulenta ruit sus' Donatus ad Terent. adelph. IIII 2, 11 cf. Ausonius epist. 10, 25: 'sus lutulenta fugit, rabidus canis impete saeuo'. Lactantius instit. III 8, 9: 'uerum, inquit, obscenus canis aut sus ille lutulentus . . .'

VARIA LECTIO.

codd. Cruquii) *Porph.'* romene *E florileg. Nostrad.* Romana *Baxterus opp. Porph.'*

66 *REDIT v*; *ς'' = aut omn. codd. β' (β Fran.) v π' (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; *ς = aut omn. codd. v σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

68 offitiis *φ* Quirino *Nic. Heinsius opp. etiam florileg. Nostradam. et cf. Ouid. fast.* IIII 375: 'colle Quirini' *inter uu.* 68 *et* 69 *inseruit u.* 57 *y* [*π pr.*] 70 humanae *E δ' ε* (*σ a* 1 *r* 1 *et π* 3 *Bland.*) cum mane est *Franckeus* haud sane *Froehlichius* homini uni *Ribbeckius* insanum *Düntzerus opp. Pph.' Porph.' gloss. Γ* uer : : ε uerum *cett.'' ς'' Pph.'* rerum *y* [1 *Bland. et Tonsanus*] *Cruquius* 71 Purae *E* (*β' σ a r et Lips. omn. Bland.*) *testantur schol. v et Porph.' ad u.* 75 Plures *F δ' ε* (*v g v et π*) *Pf.* Plures *λ'* (*d*) 'si pure legitur yronicos intellege' *gloss. Γ* 'interrogatiue pronuntiandum' *Porph.'* Pluresunt *Pph. cf. Liu.* XXIIII 14: 'signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo' plateaę *λ* opstet *δ* (*d* 2; *d* 1 *n. l.*) obstet *cett.' ς''* obsit *σ* *post* obstet *interrogationis signum pon. codicum Horat. pars Porph.' schol. Γ* (*v ε*) *Doederlinus* 72 festinat] nempe instat *Lehrsius* 73 machinat_ignum *E* *uu.* 74—94 *perpauca supersunt in ε*

74 plustris *E* 75 hac] Hc (*sic*) ε Hęc *E* 1 fugit *Ω'' ς'' Pph.' Donatus floril. Nostr. quod propter alterum* 'fugit' *u.* 77 *nescio an hic reiciendum erat: ceterum iam Ausonius* (*uide locum quem supra laudauimus*) 'fugit' *legisse uideatur.* furit *r* 1 ? *y* [*aliquot codd. Feae*

i nunc et uersus tecum meditare canoros!
scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem,
rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra:
tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
uis canere et contracta sequi uestigia uatum?
ingenium, sibi quod uacuas desumpsit Athenas
et studiis annos septem dedit insenuitque
libris et curis, statua taciturnius exit
plerumque et risu populum quatit: hic ego rerum
fluctibus in mediis et tempestatibus urbis
uerba lyrae motura sonum conectere digner?

TESTIMONIA.

76 cf. Petronius sat. 115; 'ite nunc mortales et magnis cogitationibus pectora implete' 77 florileg. Nostradam. 81—84 'Ingenium — quatit' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

1 *Combei*] *praetulerunt Fea et Doederlinus in adnotatione;* fu//git// *r; deficit* ε 76 I Nunc λ (N *a miniatore*, I *ab eo qui contextum scripsit*) 77 urbem *E* (*β′ σ a r v et Lips.*) *Porph.′* urbes *F λ′ δ′* (*ν g et π Fran. uar.*) *florileg. Nostrad.* 'urbis' *schol. ε in interpret.* fugit urbes Rite, cliens *disting. Bentleius in curis nouissimis* 79 tu me] Sume *ψ* 1 *ε* (*et π* 1) Si me *r* 1 *ut uid.* 80 contracta *E a. ras. ε* (contr//// *ε*) *y* [*Valentian. corr.* 1 *aut* 2] *Porph.′ uar.;* 'contracta pro detritis et diuulgatis dixit' *schol. Γ* (*Bamberg. Barcinon.*) contacta *F λ′ δ′ ς″* (*et* 3 *Bland.*) *Pph.′ gloss. Γ* (*E v Bamberg. Barcin.*) *Stallbaumius* cantata *y* [*V*] contexta *y* cunctata *y Cuninghamus* cinctuta *y* tractata *y* non tacta *Bentleius* non cuncta *Waddelius* confracta *Tunstallus* 'et contacta s. u. u.] legitur et contracta, caute inpressa (imp: *Porf.*), ut ea sequendo contigerit imitator' *Pph. Porph.′;* 'non datur' *ut Propertius ait* 'ad Musas currere lata uia' *sed angustum est poetarum iter et plerique* 'aut non uiderunt uiam qua iretur ad carmen, aut uisam timuerunt calcare' *Petron. satur.* 118
uu. 81—86 *del. Lehrsius* 81 sibi quod *Ω″ ς″ Pph.′ flor. Nostr.* sibi qui *y* desumsit *δ* 82 Et *Ω″ ς′* (*et β*) Ꝗt *y* [*Fran.*] anos *λ* insenuit *Ω″ ς″ Pph.′ florileg. Nostradam.* insinuit *σ* insonuit *y* [*π* 2] 'legitur et insonuit' *Porph.′* 83 curis *E F λ corr. ς* (*et Lips.*) *Pf.* 2 *florileg. Nostradam.* curii *λ′ δ′* (*β′ v* 2 *uar. et π* 1 *ut uid.*) *Porph.′:* 'nam Curius ob seueritatem taciturnissimus fuit' curiis *Pph.′* 'Mercurii' *pro* 'et curis' *recepit Valartus ex cod. Bellouacensi* [?]; *ε non liquet* curis statua taciturnius, exit *interpung. Doederlinus* 85 Fluctibus *Ω″ ς″* Luctibus *y* immediis *λ*
86 lirae *ψ pr. λ′; ε non liquet* conectere *E δ′ ς″* connectere *F λ′*

frater erat Romae consulti rhetor, †ut alter
alterius sermone meros audiret honores,
Gracchus ut hic illi, foret *huic ut Mucius *ille.
qui minus argutos uexat furor iste poetas?
carmina compono, hic elegos. ‘mirabile uisu
caelatumque nouem Musis opus’ aspice primum,
quanto cum fastu, quanto molimine circum
spectemus uacuam Romanis uatibus aedem;
mox etiam, si forte uacas, sequere et procul audi,
quid ferat et quare sibi nectat uterque coronam.

VARIA LECTIO.

uu. 87—140 *Dan. Heinsius transponebat post epist.* II 1, 229, *Boivinus post epist.* II 1, 118 *aduersante Bentleio* 87 Pactus erat Romae consulto rhetor *Bentlei suspicio opp. Pph.′ Porph.′* *Meinekius post* rhetor *haec fere excidisse coniectat:* ‘uterque alterius laudum sic admirator’; *aliquid excidisse iam Dan. Heinsius putauerat, contra Doederlinus quae libris tradita sunt per brachylogiam interpretatur,* ‘frater’ *bis intellegendum esse ratus* frater] suasor *Hamacherus* retor δ′ et alter *F* λ′ (*r* 1 *et* π 1; *superscr.* ut ψ λ′) ut alter *cett.′* λ′2 ς′ (*et Lips.*) 89 Cr^{h}accus λ (C *et* h *minio pictae; l recte*) Garcchus ε Gracus δ Crassus *Bentlei suspicio opp. Porph.′*: ‘apud ueteres tam primus iuris consultus Mucius (mutius *Porf.*) Scaeuola extitit, quam orator Tib. Gracchus’ illic foret δ′1 hic . . . illi Ω″ ς″ huic . . . ille ω [*editio Britannici*] *Lambinus Bentleius* mutius *E* cius δ′1 90 argutas *E* uersat *Bentleius; sed cf. serm.* I 7, 15. *Senec. epist.* 39, 5: ‘nec immerito hic illos furor uexat’ *Iuuenal.* 7, 63 *sq.*: ‘nisi cum se carmine solo uexant’ 91 compono Ω″ ς′ (*et Fran.*) conpono y [β] cōp: *g* miserabile uisu ω 92 Caelatumque ψ (ν *a et* π) Celatumque φ λ′ δ′ ε ς′ Caelatum, *om.* que, *E* Sacratumque *Bentleius*, *idem post* spectemus *ponit semicolon; sed cf. anthol. Palat.* VIIII 545: ‘Καλλιμάχου τὸ τορευτὸν ἔπος τόδε· δὴ γὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ ὠνὴρ τοὺς Μουσέων πάντας ἔσεισε κάλως’ opus aspice: primum *disting. Fea, sed cf. epist.* II 1, 170—174. *Propert.* III 8 (16), 29 *sq.*: ‘aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris, arserit et quantis nupta Creusa malis’ 93 fastu] factu δ′1 ‘circumspectemus] una pars orationis est diuisa in duos uersus Lucili more et antiquorum’ *Pph.′ Porph.′* 94 uacuā, *uirgula ab alt. m. esse uid.* δ edem λ δ′ *uu.* 95—98 *toti abscisi in* ε 95 uacas Ω″ ς″ (*et omn. codd. Cruquii*) *Pph.′ Porph.′* uacat *y* ω; *Ouid. fast.* III 87: ‘quodsi forte uacas, peregrinos inspice fastos’ pcul *E ut uid.* 96 quare] qið *F* qualem *y*

caedimur et totidem plagis consumimus hostem,
lento Samnites ad lumina prima duello.
discedo Alcaeus puncto illius; ille meo quis?
quis nisi Callimachus? si plus adposcere uisus,
fit Mimnermus et optiuo cognomine crescit.
multa fero, ut placem genus inritabile uatum,
cum scribo, et supplex populi suffragia capto;
idem, finitis studiis et mente recepta,
opturem patulas impune legentibus aures?
ridentur mala qui componunt carmina; uerum
gaudent scribentes et se uenerantur et ultro,
si taceas, laudant quicquid scripsere beati.

TESTIMONIA.

uu. 106—119 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

97 Caedimur *π′ a r* Cedimur *E F λ′ δ′ ς* Credimur *β′* 1 98 [ʻlumina prima. *duo Bland.* aperte habent prona, sed *V* per lituram lumina prima, id est prima luce . . .ʼ *Cruqu.*] ʻad lum. p. (ad lumina prima *Pf. item cod. Chisianus*)] usque ad lucernam id est ad uesperamʼ *Pph.′ Porph.′* *uu.* 99—115 *nil restat in ε nisi extrema uersuum* 99 alcaeus *a Pph.′ Porph.′* alceus *E F λ′ δ′* 100 challimachus *E* callimacus *F* si plus] *omis. δ′* 1 adposcere *Ω″ ς′ (et β) Pph.′ cons. Porph.′* apposcere *y* [*Fran.*] attollere *y* 101 mimnermus *δ λ p. corr.* (*ν σ a p. ras. r* 2 *v*) mimner//mʼ *a* mimnernus *ψ φ corr. λ′* inimnermus *E* mimneruus *φ pr.* (*d*) cognone *E* crescit *E F λ′ δ′ ς cons. π′ r* crescet *ε* (*et Fran.*) *y* cresc(i)at *y* [*β*] 102 inritabile *E y* [*Gronou.*] *Pph.* irritabile *cett.″ ς″ Pf.* *post* uatum *semicolon pon. Doederlinus improb. Kolstero* [*annal. philol. et paedag.* LXXXI *p.* 137] 103 Tū *ψ* 1 suplex *λ* suffr: capto] suffragia posco. ł capto *ν* 105 Opturem *F λ′ δ′* (*β′ ν* 2 *uar. a et π; v, sed* u *in ras.*) *Pf.* Obturem *E* (*r et Lips.*) *Pph.* Opdurem *g* Obdurem *ν σ* obtundem *Wakefieldus* inpune *E* (*ν σ*) impune *F λ′ δ′ ς″* auras *δ′ ε* aures *cett.′ ς″ Porph.′* *post* aures *interrogationis signum posuimus cum Doederlino* [*Horat. epist.* II *p.* 86 *sqq.*]; *aliter enim coniunctiuus* ʻopturemʼ *explanari nequit, cf.* 126: ʻpraetulerim?ʼ 106 conponunt *λ* (*ν et β*) componunt *cett.′ ς′* (*et Fran.*) *florileg. Nostradam.* 107 fenerantur *E* 108 quicquid *Ω″ ς″ Pf. florileg. Nostradam.* quidquid *Pph.* quitqd *g* scribere *E* 1 *ante* ʻbeatiʼ *distingunt codd. pars et Porph.′*

at qui legitimum cupiet fecisse poema,
cum tabulis animum censoris sumet honesti;
audebit, quaecumque parum splendoris habebunt
et sine pondere erunt et honore indigna ferentur,
uerba mouere loco, quamuis inuita recedant
et uersentur adhuc inter penetralia Vestae;
obscurata diu populo bonus eruet atque
proferet in lucem speciosa uocabula rerum,
quae priscis memorata Catonibus atque Cethegis
nunc situs informis premit et deserta uetustas;
adsciscet noua, quae genitor produxerit usus.
ueemens et liquidus puroque simillimus amni
fundet opes Latiumque beabit diuite lingua;

VARIA LECTIO.

109 *codd. g et Vindobon. nouam incipiunt epistulam, cui inscriptum est in Vindobon.:* LEX POEMATVM 110 censoris sumet *Ω″ ς″ flor. Nostr.* sūmet censoris *g* cunq, *E* (*v*) *Pf. opp. Pph. flor. Nostr.*

112 *INCIPIT cod. D; Ω″ = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d) ε, ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codicum ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur, ς = aut omnes codd. ν σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

112 spondere *λ* feruntur *D E δ′ ε (β′ ν σ a r et Lips. cons. g)* ferentur *F λ′ (v et π) florileg. Nostradam.* fruentur *Horkelius* 113 inuita rec:] inuita sequantur · ł recedant *ν, ortum ex art. poet.* 311 114 et] dum *Doederlini suspicio* II *p.* 90 *opp. Pph.′ florileg. Nostrad.* inter *Ω″ ς″ ω florileg. Nostrad. defic. ε* intra *y (?) ω* ueste *λ ε*

V. 115 *VLTIMVS IN ε; Ω″ = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d)*

115 Obscurata *Ω″ floril. Nostr. cons. ς″ Porph.′* ^po^pulo *E* 116 inluē *E* 1 *aut pr.* sp&iosa *λ* ucabula *λ* 117 *sq.* priscis — nunc] *del. Hitzigius opp. florileg. Nostradam.* 118 p̄mit/// *E* uetustas] uestas *δ pr. aut* 1 119 Adsciscet *E δ (ν σ a g r* 2 *aut corr. et Lips.) Pph.′* Adscisset *β′ d (et π)* Asscisset *D* Asciscet *F λ′ (r* 1 *aut pr.* [*et Basil.* I; *v n. l.*]) Asciscit *florileg. Nostradam.* 120 Ueemens et liquidus *δ* Vẹhemens et liquidus *E F λ′ ς″* [*et Basil.* I; *v n. l.*] Et uehemens liquidus *D y* Et liquidus uehemens *σ d* 2 *marg. r* 2 *marg.* Hic uehemens, liquidus *y cf. Brambach. orthogr. Lat. p.* 286
121 lacium *D*

luxuriantia conpescet, nimis aspera sano
leuabit cultu, uirtute carentia tollet,
ludentis speciem dabit et torquebitur ut qui
nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.
praetulerim scriptor delirus inersque uideri,
dum mea delectent mala me uel denique fallant,
quam sapere et ringi? fuit haut ignobilis Argis
qui se credebat miros audire tragoedos
in uacuo laetus sessor plausorque theatro,
cetera qui uitae seruaret munia recto
more, bonus sane uicinus, amabilis hospes,
comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis
et signo laeso non insanire lagoenae,

TESTIMONIA.

122 sq. florileg. Nostradam. ‘nimis — cultu’ glossarium Mai [class. auct. VIII 306] 125 imitat. Persius 5, 123: ‘tris tantum ad numeros satyrum moueare Bathylli’ uu. 126—133. 135—142. 144. 146—157 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

uu. 122 *sq. ante u.* 120 ***transponendos statuit Botheus*** 122 conpescet *F* (*a*) compescet *cett.*″ ς″ (cõp: *g*) *flor. Nostr.*, *sed in δ alterum* c *in ras.* sano *E* 123 Lęuabit *D* Lenibit *flor. Nostr.* carentia *D E* 2 *aut* 1 *ψ in ras. λ corr.* (*σ l* 2 *v et β*) *flor. Nostr.* carencia *g* calentia *E* 1 *aut* 2 *F λ′pr. δ′* (*v a r et π pr. Fran.* 4 *Bland. cons. Lips.*) *gloss. Γ*: ‘in usu posita’ 124 sp&iem *λ* & ut *D* 125 nunc Satyrum agrestem, nunc et Cyclopa mouetur *Wakefieldus* satirū *D λ pr.* satyrum *cett.*″ mouet *E* *uu.* 126—140 ***ex Flori persona dictos accipit Dacierus, malo poetae cuidam adsignant Gesnerus Doeringius Botheus*** 126 Pretulerim *φ λ′ δ′* 127 delectant *δ′* (*g v*) *y* delectent *cett.′* ς″ *florileg. Nostradam.* fallant *Ω″* ς″ *florileg. Nostradam.* fallent *E* 2 *y* 128 ringi? *interpung. Glareanus Doederlinus alii* haut *E ψ pr.* (*σ d pr.*) aut *g l pr. Pph.′* haud *D φ ψ corr. λ δ* ς″ *florileg. Nostradam.* argus *y* [2 *codd. Torrenti*] *Sanadonus opp. Pph.′ Porph.′ flor. Nostr.* 129 tragedos *λ* traguoeclos *δ* 1, *recte δ* 2 130 letus *λ* sessor *D* theathro *φ* 131 Cetera *δ′* 1 (*a g v et β Lips.*) *Pph. florileg. Nostradam.* Caetera *δ* 2 *cett.′* ς *Pf.* qui] quae *l* 1 132 uicimus *λ a. ras.* 133 comis *λ*, *recte l* 134 ǂ *signo* ligno *l* leso *λ* lagoemę *E* lagoenae *a* (*et Lips.*) lagoene *g r* lagęne *D* lacenae *F δ′* 1 (*l et π* 1) lacaenę *λ* 1 lagenae *λ* 2 *δ′* 2 (*β′ σ v*) lagęnę *v*

posset qui rupem et puteum uitare patentem:
hic ubi cognatorum opibus curisque refectus
expulit elleboro morbum bilemque meraco,
et redit ad sese: ‘pol! me occidistis, amici,
non seruastis’ ait, ‘cui sic extorta uoluptas
et demptus per uim mentis gratissimus error’.
nimirum *saperest abiectis utile nugis,
et tempestium pueris concedere ludum,
ac non uerba sequi fidibus modulanda Latinis,
sed uerae numerosque modosque ediscere uitae.
quo circa mecum loquor haec tacitusque recordor:
‘si tibi nulla sitim finiret copia lymphae,
narrares medicis: quod quanto plura parasti,
tanto plura cupis, nulline faterier audes?
si *uolnus tibi monstrata radice uel herba
non fieret leuius, fugeres radice uel herba
proficiente nihil curarier: audieras, cui

TESTIMONIA.

141 ecbasis captiui u. 1226   142 cf. ecbasis captiui u. 1227: ‘me tempestiuum psalmis concedere ludum’

VARIA LECTIO.

135 patentem *D E F* 2 λ′2 δ′2 ς′ (et *Lips.*) *floril. Nostr.* parentem *F* 1 λ′1 δ′1 (*et* π 1)   137 elleboro *E F* λ′ δ′ ς (π′2 *cons.* β′) *Pph. florileg. Nostradam.* eleboro *D* helleboro *Pf.* illeboro π′ *r*   138 red*it* δ   occidistis δ   139 cui] quod *Pph.′ opp. florileg. Nostrad.* 140 per uim Ω″ ς″ *floril. Nostrad.* pretium ω [*editio princeps*] *per uim in ras. r*   mentis] *omis.* δ′1 *y* [*Voss.* 1]   141 sap*e*///est δ, *lineola per* p *ducta ab alt. m.*   *u.* 142 *post u.* 144 *ponit Todtius*
142 tempestiū δ′ tempestiuum *cett.′* ς″ *Pph.′ florileg. Nostr.* 144 Sed Ω″ ς″   uere δ′ (*g v et Lips.*) *florileg. Nostradam.* uerae . . . uitae] uitae . . . uerae *y opp. etiam florileg. Nostrad.* edissere *D*   145 hec λ   146 coppia *D* coṃpia δ, *puncta a* δ 2 *esse uideantur*   limphae *D E* λ δ′   147 Narrar*es* *E* δ   quid φ *corr.*   qua(n)to *D* quando δ 1   148 N(t)anto δ′   149 uulnus Ω″ ς″ *Pph.′ florileg. Nostradam.*   *u.* 150 *omis. D pr. E* 1 ψ *pr.* λ′1 *y* [π 1 *Bruxell. Fran. pr. ut uid. Zulichemian.*] *habent* φ δ′ λ′2 ς (*et* β *Lips.*) *Porph.′ florileg. Nostradam.*

rem di donarent, illi decedere prauam
stultitiam, et cum sis nihilo sapientior ex quo
plenior es, tamen uteris monitoribus isdem?
at si diuitiae prudentem reddere possent,
si cupidum timidumque minus te: nempe ruberes,
uiueret in terris te siquis auarior uno.
si proprium est, quod quis libra mercatus et *aerest,
quaedam, si credis consultis, mancipat usus:
qui te pascit ager, tuus est, et uilicus Orbi,
cum segetes occat tibi mox frumenta daturus,
te dominum sentit. das nummos, accipis uuam,

TESTIMONIA.

159 Eutyches II 11 p. 480 K.: Hor. serm. lib. II: ‘quaedam, si credis consultis, mancipat usus’

VARIA LECTIO.

152 dii λ′ *flor. Nostr.* di *cett.′* donarent Ω″ ς″ *Pph.′ florileg. Nostradam.* donarunt *y* donarant *y* donarint *Bentleius* dec//edere *E*

VV. 153—192 *DESVNT D PERDITO FOLIO VNO; Ω″ = E F λ′ (λ l) δ′ (δ d); ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur: ς = aut omnes codd. ν σ a g r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

153 Stulticiam *E λ* 154 Dicior *flor. Nostr.* monitoribus Ω″ς *flor. Nostr. cons.* π′ rationibus *uel* racionibus β′*y* sermonibus *y* [*Montepessul. uar. Schmidii secundus*] 155 A//t δ (t *ab alt. m.?*) At *cett.* ς″ *Pph.′ flor. Nostr.* Ac *l y Badius* diuiciae λ prudentem Ω″ ς″ *flor. Nostr.* sapientem *y* 156 minus tu (tũ σ) nempe σ *y flor. Nostr. Cuninghamus* ruberes Ω″ ς′ (*et* π 2 *Lips.* 2) *Porph.′ flor. Nostr.* puderes *E* 2 *y* (nempe/// *ruberes Lips.*; π 1 *n. l.*) 158 *Si* δ quod quis Ω″ ς″ *Porph.′* q. q. *Pph.′* quicquid *y* [3 *Bland.*] mercatus et aere est *E* (σ *a r et* β 1 *Lips.* 2 *V*) *Porf. cons. Porph.* mercatus et aere π′ mercatur et aere *F* λ′ δ′ (ν *et* β 2 *Fran.* hære ν ere *g*) mercamur et aere *y* [3 *Bland.*] *perfectum accuratius est ideoque aptius in quaestione iuridiciali cf. Gaius* I § 119: ‘is qui mancipio accipit, aes tenens ita dicit: hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio isque mihi emptus esto hoc aere aeneaque libra’ 159 mancipiat δ mancipat *cett.′* ς″ *Pph.′* mancipit *g*, *Hor.* mancupat *scripsisse putauerim* 160 uilicus *E F* λ (ν π′*a*) *Pph. schol.* ν uillicus δ′ ς′ *Pf. schol. r* orbi *E* ς″ *Pf.* orbii *F* λ′ δ′ (ν) o. *Pph.* ‘oruius’ *Porph. in interpret.*

161 daturus *E* (β′ σ *a g l* 2 *r* 1 *v*) *schol. Barc.* daturǎs *F* daturas λ′ δ′ (ν π′*r* 2 *et* 4 *Bland.*) *Bentl.* 162 sentis λ 1 *aut pr. y* sentit *cett.′* ς″ senti *I. H. Vossius*

pullos, oua, cadum temeti: nempe modo isto
paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis
aut etiam supra nummorum milibus emptum.
quid refert, uiuas numerato nuper an olim?
emptor Aricini quoniam Veientis et arui
emptum cenat holus, quamuis aliter putat; emptis
sub noctem gelidam lignis calefactat aenum;
sed uocat usque suum, qua populus adsita certis
limitibus uicina refugit iurgia: tamquam
sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horae
nunc prece, nunc pretio, nunc ui, nunc morte suprema

TESTIMONIA.

169 cf. ecbasis captiui u. 1212: ‘sub noctem gelidumque foco calefactat amicum’ 170 sq. ‘qua — iurgia’ Seruius ad Aen. VI 603 glossarium Mai [classic. auct. VIII 54] ‘populus — iurgia’ glossarium Mai [classic. auct. VIII 436] ‘et populus — limitibus’ glossarium Mai [classic. auct. VIII 522] 170 ‘qua populus adsita surgit’ Agroetius p. 2274 P. 172—177: ‘Non proprium — horrea’ floribeg. Nostradam. 172—174 Willelmus uita s. Thomae [Giles. II 325]: ‘nil proprium dicens quod puncto mobilis horae — iura’ 173 cf. Ouid. fast. II 806: ‘nec prece nec pretio nec mouet ille minis’

VARIA LECTIO.

163 isto] sto *Lachmannus ad Lucret. p.* 197 usus *uel* uti *Lehrsius* 164 mercaris *E a. ras. et corr.* 165 numorum δ′ milibus Ω″ ς′ millibus π′ *a a. ras. g* epmtum ψ 167 ar[l]cini δ′ quoniam Ω″ ς″ (*et omn. Bland.*) *Cruquius* quondam ψ *superscr.* (*v*) *y* [π 2 *Basil.* I, *Cruquii Mart.*, *Montepessul. Parisini* 7976. 8214 *ab alt. m.* 8216 *corr. Sorbonens.* 1 *Vindobon.*] quando *y* (?) quidam *y* [*Montep. uar.*] 168 Emptum Ω″ ς″ *Pf.* Emptor σ *g pr. y* cenat *E* δ *corr.* (β′ *d g v*) cenet δ *pr.* caenat *F* λ′ holus Ω″ ς′ (*et Fran.*) h. *Pph.* olus *y* [β *Nostradam.*] *Pf.* putat Ω″ ς″ putet *v* 169 *lignis calefactat E* aenum] e[e]nium λ, *recte l* 170 Sed Ω″ ς″ quia *E* 1 qua *cett.*″ ς′ *Pph.*′ quod π′ quoad *r* 1 adsita Ω″ ς″ *cons. Pph.*′ assita *v glossar. Mai* 171 Lim[l]mibus λ refugit Ω″ ς′ (*et* β) *Seruius glossarium Mai duobus locis* ‘qua populus . . . indicat fines certos et uicinorum iurgia uitare f.’ *Porph.*′ refigit *v y* [*Basil.* I *a* 1. *m. Fran.*] *Bentleius* refligit *Holderus* refringit *Horkelius* refutat *Ribbeckius* refixit *Lehrsius sed cf. Ter. Andr.* 766. iurgia] uirga *E* 1 tanq *E* (*g v*) tamquam *cett.*″ ς″ 172 quicquam Ω″ ς″ *flor. Nostr.* quitquam *g* orae *E* 1 173 precio *E* λ morte suprema Ω″ *floril. Nostrad. Willelmus cons.* ς″ sorte suprema ω *sed cf. serm.* I 7 13: ‘ultima . . .

permutet dominos et cedat in altera iura.
sic quia perpetuus nulli datur usus et heres
heredem alterius uelut unda superuenit undam,
quid uici prosunt aut horrea? quidue Calabris
saltibus adiecti Lucani, si metit Orcus
grandia cum paruis, non exorabilis auro?
gemmas marmor ebur Tyrrhena sigilla tabellas
argentum uestes Gaetulo murice tinctas
sunt qui non habeant, est qui non curat habere.
cur alter fratrum cessare et ludere et ungui
praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter
diues et inportunus ad umbram lucis ab ortu
siluestrem flammis et ferro mitiget agrum,
scit Genius, natale comes qui temperat astrum,

TESTIMONIA.

uu. 178—186: 'si metit — agrum' florileg. Nostrad. 184 Priscianus instit. VI 11, 61

VARIA LECTIO.

mors' *Sil. It.* V 416 *sq.*: 'morte suprema' *Boet. de phil. consol.* II 7: 'morte suprema' 174 Pmut& *E* 1 Permutat *flor. Nostr.* domos *E* 1 *aut pr.* cedet *F λ* caedet *l* cedat *cett.′* ϛ″ cędat *v* cedit *flor. Nostr.* 175 Nulli p: rerum datur *flor. Nostr.* Sic *g y* [*Par.* 8214]
sic
Si^{c} *E y* [*Mell.*] Si *v* Si *F λ′ δ′* ϛ″ *Pph.′ Porph.′ Fea* Sed *v y* quia *Ω* ϛ″ qua *d* 1 *l* 1 *Pph.′* nuli *λ* hęres *δ′* 176 Heredē//, *lin. ab alt. m. E* alternis *y Bentl.* uelu*t* *δ* 177 uici] uites *Canterus fretus Porphyr. olim uolg. falsa lectione* 'uineis' *pro* 'uicis' *quod codd. testantur* ꝓsunt, ꝓ *in ras.*, *δ* horrea, *interpung. Doederl.* 178 emetit *Pph.* *uu.* 180—182 *del. Lehrsius* 180 tyrrhena *E* (*g*) *Pf.* tyrrena *F λ′* tirrena *δ′* 181 uestes *Ω″* ϛ″ *florileg. Nostrad.* g&ulo *E Pph.* getulo *F λ′* getul*o* *δ* 182 curat *Ω″* ϛ″ *florileg. Nostradam. Bentleius* curet *y* [3 *codd. Valarti* (?)] ω *uu.* 183—189 *post* I 12, 11 *ponit Ribbeckius* 183 fratrum] frater *δ′y* [*Gron.*] *opp. Pph. Porph.′ flor. Nostr.* ungui *Ω″* ϛ″ ungi *σ Pf. florileg. Nostradam.* 184 Preferat *E λ′ δ′* Prefert *florileg. Nostradam.* polmetis *E pr.* 185 Dirus *Bardilius opp. florileg. Nostradam.* et] *omis. E pr. λ* inportunus *E F λ δ* 1 (*ν σ a v et β*) *Pph. florileg. Nostradam.* importunus *δ* 2 (*π′ d g l r et Fran.*) *Pf.*
ŧa
186 mittiget *β′* mitigat *floril. Nostrad.* 187 gen' *E* temperet *v* *u.* 188 *post u.* 189 *E pr.*

naturae deus humanae, mortalis in unum
quodque caput, uoltu mutabilis, albus et ater.
utar et ex modico quantum res poscet aceruo
tollam, nec metuam quid de me iudicet heres,
quod non plura datis inuenerit; et tamen idem
scire uolam, quantum simplex hilarisque nepoti
discrepet et quantum discordet parcus auaro.
distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumptum
inuitus facias neque plura parare labores,
ac potius, puer ut festis Quinquatribus olim,
exiguo gratoque fruaris tempore raptim.
pauperies inmunda domus procul absit: ego utrum

TESTIMONIA.

189 'albus et ater' florilegium Cusan. [cod. saec. XII] uu. 190—196 florileg. Nostradam. 190 iam schol. Γ confert Pers. 6, 22: 'utar ego, utar' 197 glossarium Mai [classic. auct. VIII 23]: 'unde Horatius in epistolarum libro: ac potius festis puer ut quinquatribus'. idem [classic. auct. VIII 487]: 'unde Horatius in epistolis: an potius puer festis quinquatribus' schol. Lucan. Berolin. I 254: 'instituerunt sacrificia Mineruae per quinque dies, quos Horatius uocat quinquatria' uu. 198—213 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

188 *comma non ante* 'mortalis', *sed post* 'mortalis' *pon. Doederlinus opp. codd.* mortalis] immortalis *Hartungius de Romanorum religione* I 34 mortalium *Schoemannus* fatalis *Ribbeckius* 189 uoltu *F λ′ δ′ y* [*Gronou.*] uultu *E ς″ Pph.′* motabilis *E* alter *d pr.? y* [*Lips. et supplementum codicis y*] 190 e modico *florileg. Nostradam.* poscet *Ω″ ς″ flor. Nostr.* poscit *σ* possit *Pph.′ Porph.′* 191 tollam] Tolā *λ* 192 Quot *φ* quod non] Quid *E* 1

193 *REDIT D; Ω″ = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d); ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) v π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. v σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

193 uolam *Ω″ ς″ Pph.′ flor. Nostr.* uolo *g* uelim *y* 194 quātū *λ*

195 Dista *E* 1 tua] *om. E* 196 nec *flor. Nostr.* 197 pocius *D* 198 fruatis *E* 199 inmunda *D E F δ′ ς′* (*et Fran.*) *flor. Nostr.* immunda *λ′* (*et β*) ī̄mda *g* domus procul absit *D E F* 2 *λ* 2 *aut corr. δ* 2 (*β′ v σ a g l r v et π* 2 *Lips.*) procul, *omissis* domus *et* absit, *F* 1 *λ* 1 *aut pr. δ′* (*et π* 1) procul domus absit *y* [*cod. coll. Trin.*] *ω flor. Nostr. Stallbaumius* modo procul absit *I. M. Gesnerus probante*

naue ferar magna an parua, ferar unus et idem.
non agimur tumidis uelis Aquilone secundo:
non tamen aduersis aetatem ducimus Austris,
uiribus, ingenio, specie, uirtute, loco, re
extremi primorum, extremis usque priores.
non es auarus: abi! quid? cetera iam simul isto

VARIA LECTIO.

Ω″ = D E F λ′ (λ l) δ′ (δ d); ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ a g r v (d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

Meinek.; procul procul absit y [1 cod. Pulmanni] Bentleius cui plurimi adstipulantes praetulerunt istam repetitionem nimis hic tragicam uel ut cum Gesnero loquamur paratragicam domo procul absit y [1 cod. Feae et 1 Pulmanni] domu procul absit coni. apud Lambinum domo ut procul absit Apitzius modo ut procul absit Kuschelius mihi procul absit Düntzerus penus procul absit Schneebergerus tamen procul absit Lucianus Müllerus procul, precor, absit Bentlei suspicio. si in lectione optimis libris tradita stamus, sententia huius loci non discrepat cum altera scriptura: 'domu procul' quam propter codicum auctoritatem repudiauimus. domus autem genetiuo casu accipiendum est, nec uero, quod Doeringius fecit, nominatiuo; et hoc, ni fallor, uoluit Flaccus: odi domum inmunda egestate laborantem, procul absit a mea domo inportuna pauperies cf. c. III 16, 36. Statius s. III 4, 33—35: 'tu sordida tecta iugumque seruitii uulgare feres? procul absit: ego isti, quem meruit, formae dominum dabo' asit g pr. 200 magna an parua] parua an magna florileg. Nostradam. 202 aduersis Ω″ ς″ Pf. floril. Nostr. auersis λ corr. y ǎstris E astris y recte etiam floril. Nostrad. 203 ingenio Ω″ ς″ Pph.′ florileg. Nostrad. ingenua y [1 Bland.] ingenita y [1 Bland.; 'V autem totus ad finem huius epistolae partim oblitteratus est partim lacer' Cruqu.] loco, re] colore F λ′ δ′ (π′ 1) 204 extrem' usque E 1 205 abi. quid D in loco raso post auarus codd. partim colon uel comma (E λ [2 ?] ν d l r Barc.) partim interrogationis signum ponunt (δ Basil. I Bruxell. Lips. Valent. Voss.) partim non distingunt (D F Fran.); post abi interp. omnes codd. de quibus notauimus (D E F λ [2 ?] δ′ ν a l r Barcin. Basil. I Bruxell. Fran. Lips. Val. Voss.); post quid partim interpungunt (E F λ′ ν d Barc. Basil. I Fran. Bruxell. Valent. Voss.) partim non (δ a Lips.) [non es auarus? abi. quid cetera? iam simul isto cum uitio fuge: rite caret 2 Bland.; quod cetera iam simul isto cum uitio fuge. 2 Bland.] schol. Γ: 'Quid inde, si non es auarus? numquid idcirco cum isto uitio recesserunt omnia uitia? non' Porph.′: 'scimus te non esse auarum; uade securus de hoc ipso; sed

cum uitio fugere? caret tibi pectus inani
ambitione? caret mortis formidine et ira?
somnia, terrores, magicos, miracula, sagas,
nocturnos lemures portentaque Thessala rides?
natalis grate numeras? ignoscis amicis?
lenior et melior fis accedente senecta?
quid te exempta iuuat spinis de pluribus una?
uiuere si recte nescis, decede peritis.
lusisti satis, edisti satis atque bibisti:

TESTIMONIA.

208 glossarium Mai [classic. auct. VIII p. 519] 210 sq. cf. Pers. 5, 109 sq.: 'es modicus uoti presso lare? dulcis amicis? e. q. s.' uid. ad art. poet. 43 210 'natalis — numeras' Seruius ad eclog. 3, 76 212 sq. florilegium Paris. 8069 212 cf. ecbasis captiui u. 1215: 'ericium uafrum seruis de pluribus unum' et simil. u. 709 214 huc (et ad epist. I 10, 49 et c. III 29, 43) respexisse uideatur qui carmen illud fecit marmori insculptum quod edidit Bonad. carm. ex ant. lap. II p. 536: 'uixi, edi atque bibi, lucro merus atque popino: haec mihi quot curis uita peracta fuit! qui legis haec diuae bona uerba precare Vacunae, nunc saltem uacuo donet ut esse mihi'

VARIA LECTIO.

quid prodest auarum te non esse, si in ceteris haeres uitiis (caeteris heres intus *Porf.*) ac teneris?' 'quid cetera (cęt: *Porf.*) iam simul] sic pronuntiandum est, ut intellegatur (intellig: *Porf.*) non fugisse alia uitia (uicia *Porf.*)' *Pph.' Porph.'* ia cetera sit *g* caetera *D F* δ 2 iam *Ω'' ς'' Pph.'* num *y florileg. Nostradam. Muretus* dum *Chabotius* 206 uicio *D E λ* fugere *D F λ' δ'* 1 (*π' v*; fuge re *r*) *Porph.' schol. Γ florileg. Nostradam.* fuge · rite *E ψ* 2 *δ'* 2 (*β' v a g r* 2 et 4 *Bland.*; fugę rite *σ*) fugere *rite* car& pectus *y* [*Gronou.*] rites ł cal& *λ superscr.* tibi *om. g in lacuna* *u.* 207 *om. δ' pr. y* [*Bamb. pr. Barc.* 1] 207 Ambicione *D* et ira] dirae *Spengelius* 209 potenta *δ'* 1 thesalla *F* thessalla *λ a. ras.* thersala *E*

210 Natalis *D* (*v a*) *y* [*π Bruxell. Valentian.* 1] *Seruius* Natales *cett.'' ς' Pph.' florileg. Nostrad.* fataleis *y* [*codd. Mart. et Silu. apud Cruqu.* (?)] gratę *δ'* numertis *E* 1 *aut pr.* 211 sis *E λ'* (*β'*) *opp. etiam florileg. Nostradam.* accendente *δ y* 212 exepta *D* 1 exemptaț *λ* iuuit *D* iuuat *cett.'' ς'' Pf. flor. Nostr.* uiuat *d pr. om. v pr. Porph.' interpr.*: 'quid prodest, inquit, uno ergo (ego *Porph.*) te carere uitio, a tam multis possessum?' leuat *y* [*Bamberg.* 3 *Bland.* 1 *cod. Feae*] L. *Pph. cf. serm.* I 1, 41 *et Persius s.* 2, 62: 'quid iuuat?' *u.* 213 *delet Lehrsius* 213 recte nescis *Ω'' ς'' Pph.' florileg. Nostradam.* nescis recte *v* decaede *λ'*

tempus abire tibi est, ne potum largius aequo
rideat et pulset lasciua decentius aetas'.

TESTIMONIA.

215 cf. Statius s. II 2, 127 sqq.: 'dubium quem non in turbine rerum deprendet suprema dies; sed abire paratum ac plenum uita'

VARIA LECTIO.

215 equo *λ* 216 Redeat *E* 1 *aut pr.* pulset] plaudat *y* [1 *Bland. uar.*] decenti *V S E* decentius *cett.″ Pph.′ Porph.′ schol. Γ cons.* ς″ licentius *v* (*et π* 2 *uar.*) *y prob. Barthio repugn. Bentleio qui confert c.* III 15, 7—9 *et Iuuenal.* 11, 201 *sq.*: 'spectent iuuenes, quos clamor et audax sponsio, quos cultae decet adsedisse puellae' *et uid. art. poet.* 106 *sq.*: 'decent . . . ludentem lasciua . . . dicta' frequentius *Nic. Heinsius* etas *φ* *post u.* 216 *in codd. D E F λ″ δ′* (*ν π′ a r v et β*) *secuntur serm.* I 1 *sqq.*; *σ Porph.′ finiunt*; *in y* [*Fran.*] *sequitur uita Horati*

Q · HORATII · FLACCI · EPISTOLARVM · (EPLARV *F*) LIBER · SECVNDVS · EXPLICIT ; *E F λ δ′* (*a*) FINIUNT LIBRI EPLARUM QUINTI · FLACCI · HORATII · *v*

Q. HORATI FLACCI

DE ARTE POETICA

LIBER

Humano capiti ceruicem pictor equinam

TESTIMONIA.

DE ARTE POETICA. 1—4 Quintilianus instit. VIII 3, 60: 'id enim tale monstrum, quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit: humano capiti — uelit et cetera ex diuersis naturis subiciat' cf. Ioannes Saresberiensis policr. II 18: 'disiuncta coniungit, ut si humano capiti ceruicem iungat equinam uarias inducens undique plumas, ut iuxta poetam turpiter atrum desinat in piscem mulier formosa superne'. Petrus Cluniacensis epist. I 16 [biblioth. Cluniacens. ed. Marrier. p. 637[c]]: 'ne forte iuxta poetam humano capiti ceruicem pictor equinam iungere uidearis, et mulierem formosam superne in atrum piscem desinere cogas' 1 sq. Petrus Cluniacensis epist. IIII 17 [biblioth.

VARIA LECTIO.

Q · HORTĪI FLCCŌ D ARTE PETĪCE INCP̄ *γ* POETICA ORATII INCIP̄ *B fol.* 182 *v* ·L· FLACCI hORATII LIBER CARMINŪ · IIII · ‖ EXPLICIT · INCIPIT DE ∂RTE POETIC∂ *C* Q · (*om. δ*) HORATII FLACCI CARMINV̄ LIBER ÏÏÏÏ EXPLICIT ‖ INCIPIT DE ΛRTE POETICΛ *φ δ* (*a*) *cons. β′*, ‖ INCIPIT EIVSDEM LIBER (*om. ψ λ*) DE ΛRTE POETICΛ (*add.* LIBER *ψ*) *ψ λ′u cons. r* POETICUS LIBER *σ* INCIPIT LIBER HORATII FLACCI DE ARTE POETICA *v* INCIPIT DE ΛRTE POETICΛ ‖ FINIT DE CENTUM GENE ‖ RIBVS ME TRORVM *y* [*Lips. post carminum libr.* IIII.]: *inscriptionem omis. v τ* *ut omnes quos nouimus codices praeter Zulichemianum etiam V post carmina hunc librum exhibuit; in Zulichemiano post carm. saec. legimus; post epistulas primus locauit H. Stephanus.* Oratius (*omis. florileg. Nostradam.*) in poetria *florilegia Paris.* 8818[a] *et Nostradam.* Incipit liber poeterie *y* [*Parisin.* 8219] 'hunc librum qui inscribitur de arte poetica . . .' *Porph.′* 'In hoc libro est intentio Oratium tractare de arte poetica' *tractat. Vindobon.* 'librum de arte poetica' *primus laudat Quintilianus* [*instit.* VIII 3, 60], *epistulis accenset Charisius* [*p.* 202. 204 *K.*]; *ceterum idem* [*p.* 202 *K.*] *Q. Terenti Scauri commentarios* 'in artem poeticam' *commemorat; totum librum Horatio abiudicabat Harduinus; A. Riccobonius D. Heinsius L. Desprezius P. A. Petrinius Bouhierus Peerlkampus miras hic sibi luxationes finxerunt, de quibus omnibus uide Gruppei Minoem p.* 225—228; *eandem uiam nuper ingressi sunt Ribbeckius ac Lehrsius*

Ω′ = *omnes codd. γ B C F λ′* (*λ l*) *δ u; ς″* = *aut omnes codd. β′* (*β Fran.*) *v π′* (*π Lips.*) *σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς* = *aut omn. codd. v σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

1 Humano *δ* capiti] pectori *B pr.* pectore qnā *B*

iungere si uelit et uarias inducere plumas
undique conlatis membris, ut turpiter atrum
desinat in piscem mulier formosa superne:
spectatum admissi risum teneatis amici?
credite, Pisones, isti tabulae fore librum
persimilem cuius uelut aegri somnia uanae
fingentur species, ut nec pes nec caput uni

TESTIMONIA.

Cluniac. p. 846[b]] et legis Sarracenorum synops. p. 1113[e]: 'et sic undique monstruosus, ut ille ait, humano capiti ceruicem equinam (equinam ceru: epist. IIII 17) et plumas auium copulat' Symmachus epist. I 4: 'haud ita Flaccus tuus praecepit in illis poeticae artis edictis, quorum hoc memini esse principium: ne humano capiti ceruix equina iungatur' 2 cf. Prudentius contra Symmachum II 59 sq.: 'desine terga hominis plumis obducere; frustra fertur auis mulier magnusque eadem dea uultur' 3 sq. 8 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. II 15: 'phantasma, quum rerum ignotae uidentur species . . . a natura discrepantes, ut si forte nec pes nec caput uni reddatur formae, dum tetrum desinit in piscem mulier formosa superne' 4 'faciem formosa superne' schol. Lucan. VIIII 317 7—9 'uelut aegri somnia uanas fingentis species, ut — formae' Ioannes Saresberiensis policr. VII 12

VARIA LECTIO.

u. 2 *omis. B* 2 plumas *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. Petrus Cluniacens.* pennas *y* [*Bentlei Regius*] *natum ex gloss. Γ*; *gloss. Γ*: 'inducere plumas] id est inponere pennas . . .' formas *coni. Bisciola ac Bentleius* partes *Apitzius*, *sed uide Spengelium philol.* XVIII 94 *sq. et Prudentium contra Symmachum* II 57: 'desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem res incorporeas simulatis fingere membris: desine terga hominis plumis obducere: frustra fertur auis mulier magnusque eadem dea uultur' 3 conlatis *B C F λ pr. aut* 1 *δ* (*τ a et π*) collatis *γ u λ corr.* 1 *aut* 2 *ς′* (*et Lips.*) *tractat. Vind.* collectis *v y* menbris *λ u* (*τ r v*) membris *cett. ς″* *utipiī δ* ut] aut *Sanadonus* atrum] hirtum *Goerlitzius opp. tract. Vind.* 3 *sq.* atrum . . . piscem] atram . . . pristin *coni. Gronou. pater et N. Heinsius opp. tractat. Vindobon.* 4 piscem *Ω′ ς″* pristin *y* [*cod. Hellerianus*] *natum ex gloss.*: *gloss. Γ*: 'in piscem] id est beluam marinam hoc est in pistricem' supernae *BC δ* 1 5 missi *BC* admissi *cett.′ ς′* (*cons. Lips.*) ammissi *y* [*π*] teneatis? amici, credite, *disting. Marklandus opp. Porph.′ Acr.* 6 pisonis *F δ* 1 (*τ pr. l* 1 *et π*) pissonis (e superscr.) *λ* 7 cui *λ* uelud *u* aegri *C F λ′ δ* (*v σ r τ* 2 *et* 3 *Bland.*) egri *γ u* (*v p. ras. cons. β′ π′ τ* 1) *tract. Vind.* aegris *B* (*a a. ras. et* 1 *Bland.*) egris *v a. ras. y* [*Montepessulan.*] *et* 'egrotantibus' *et* 'egri' *gloss. Γ in confusa adnotatione; cf. Persius s.* 3, 83: 'aegroti ueteris meditantes somnia' sonnia *u* 8 Fingenter *δ* 1 Funguntur *B* Finguntur *ψ corr.* (*v uar.*) *y tractat. Vindobon.* Fingentur *cett.′ ς′* (*et π*; Fringenī *Lips.*) speties *γ u*

reddatur formae. 'pictoribus atque poetis
quidlibet audendi semper fuit aequa potestas'.
scimus, et hanc ueniam petimusque damusque uicissim;
sed non ut placidis coeant inmitia, non ut
serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
inceptis grauibus plerumque et magna professis
purpureus, late qui splendeat, unus et alter
adsuitur pannus, cum lucus et ara Dianae
et properantis aquae per amoenos ambitus agros
aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus;
sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum
scis simulare: quid hoc, si fractis enatat expes

TESTIMONIA.

9 sq. 'pictoribus — potestas' Venantius Fortunatus V 4 p. 170 florileg. Nostradam. cf. Lucian. imag. 18: '*παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας*' 11 'ueniam' et 13 'geminentur' incerti exc. arg. gr. § 26 p. 207 Eichenf. et Endl. 15 sq. 'purpureus — pannus' Seruius ad Aen. X 653 florileg. Nostradam. Caesarius vita s. Engelberti ed. Boehm. II p. 295 cf. Apollin. Sidonius epist. post c. 22: 'ut lyricus Flaccus in artis poeticae uolumine praecipit, multis isdemque purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias decenter extendit' 18 Porph.' ad c. IIII 4, 38 annales Stadenses a. 1224 [Pertz. XVI p. 358] 19—22 om. 'si — pingitur' florileg. Nostradam. 20 sq. huc respexisse uideatur Persius 1, 88 sq.: 'cantas cum fracta te in trabe pictum ex umero portes' 20 'exspes' incerti excerpta argumenti grammatici § 26 p. 207 Eichenf. et Endlich.

VARIA LECTIO.

9 forme *γ φ* pictoribus — potestas] *subiectionem esse putat Baxterus* 10 Quidlibet *Ω' ς'* (*et Lips.*) *flor. Nostr.* Quodlibet *y* [*π* 1] *Pph.'* Quaelibet *Venantius Fortunatus* Scilicet *Peerlkampus* audiendi *B* 12 S, *C* inmitia *C F δ* (*ν τ*) ĩmitia *B* immitia *γ λ' u* (*β' σ r v cons. π'*): *a non liquet* 13 tygribus *F δ* aeni *B*

15 Purpereus *δ* 1 16 Adsuitur *B C F λ' δ* (*ν a*) *Pph.* Assuitur *γ λ corr. u ς'' Pf. florileg. Nostradam.* diane *ψ* 17 et] Aut *σ* amęnos *u* 18 rhenum *γ B C δ λ'* 2 *ς'* (*et Lips.*) *Porph.' ad c.* IIII 4, 38 $\overset{h}{\text{r}}$enum *λ* (*l* 2) *Pf.* renum *F λ'* (*et π*) rheni *u y* reni *v y Albertus* rhenus *y* [*Sorbonens.*] 'non dixit genere masculino Rhenus. sed neutro hoc Rhenum . . .' *Porph.' ad h. u. cons. Acr. item genus neutrum testatur Porph.' ad c.* IIII 4, 38 aut fluuius F_1 λ'_1 δ_1 (*τ pr. et π*) *Porph. ad c.* IIII 4, 38 aut pluuius *cett.* F_2 λ'_2 *ς'* (*et Lips.*) *Porf. ad c.* IIII 4, 38 19 Sed *Ω' ς''* n̄ n̄c̄ *B* nec non *flor. Nostr.* 20 similare *B y* simulare *cett.' ς'' Pph.' Diomed. tractat. Vindob. flor. Nostr.* quid hoc, si, ut fractis innatet exspes nauibus, aere dato quis pin-

nauibus, aere dato qui pingitur? amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit?
denique sit quiduis simplex dumtaxat et unum.
maxima pars uatum, pater et iuuenes patre digni,
decipimur specie recti: breuis esse laboro,
obscurus fio; sectantem leuia nerui

TESTIMONIA.

21 sq. 'amphora — exit?' Hieronym. ep. ad Marcellam 27, 3 flor. Paris. 8069 floril. Cusanum C. 14. annales s. Disibodi a. 1090 [Pertz. XVII p. 12] chronic. a. 1150 [Pertz. VIII p. 246] cf. Hieronymus epist. 107 ad Laetam 3: 'paene lapsus sum ad aliam materiam et currente rota, dum urceum facere cogito, amphoram finxit manus'. Apollinaris Sidonius epist. VIIII 16: 'secundum regulas Flacci ubi amphora coepit institui urceus potius exisse uideatur'. Regino Prumiensis de harmonica institutione 17 [I p. 244 Gerbert.]: 'currente rota amphora cepit institui: cur urceus exit?' 23 cf. ecbasis captiui uu. 719 sq. 'fiat uelle tuum, simplex dumtaxat et unum, sit fixum quod uis, sit uiuax gratia nobis' uu. 25—31 florileg. Nostradam. 25 sq. 'cui contraria est ea, qua fit ex uicino transitus ad diuersa ut similia: breuis esse laboro, obscurus fio et quae secuntur' Quintil. VIIII 3, 65 idemque VIII 3, 82: 'βραχυλογίαν male imitantes sequitur obscuritas' cf. Ausonius epist. 19 post u. 10 p. 267 Bipont.: 'iucundissimum poema . . . in epitomen coegisti tanta elegantia, solus ut mihi uideare assecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas ut obscura non esset'

VARIA LECTIO.

gitur *Peerlkampus* quid] qđ = quod *C* expes *B C λ δ* 1 *u pr.* (σ *et π Lips.* 2) *tractat. Vindobon.* exspes *γ u corr. δ* 2 (*ν τ* 2 *v et β*) expers *F δ* 1 *ut uid. λ uar.* (*τ* 1 *ut uid. l r* 1 *et π Fran.* 1) *a non liqu.* (exspres *Lips.* 1) 21 pinguitur *ψ* (*r* 1 *ut uid.*) *y* Anfora *flor. Cus.* cepit *u* cępit *F* 22 *non post* institui, *sed post* rota *interpung. y ω* [*Lips.* 1498] *Doederlinus opp. florileg. Cusan.*
uu. 23—31 *del. Gruppeus* 23 sit] *omis. B* quiduis *Bentl.* quid uis *ψ corr.* (*r* 2 *in marg.*) quod uis *γ B C F λ′ u* (*β′ ν σ r* 1 *ut uid. v*) quoduis *δ* (*π′ τ a r* 2) duntaxat *B* dumtaxat *uel* dum taxat *cett.′ tractat. Vindobon. item inscript. aeui Augustani* [*Orell.* 6428] *Traiani* [*Orell.* 6857] *Deciani* [*Orell.* 5534] 25 specie (spetie *γ u*) recti *Ω′ ς″ tractat. Vindob. flor. Nostr.* recti specie *τ* 26 leuia *Ω′ ς″ Porph.′ Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* lenia *y* [2 *codd. Parisini* (?) *cod. Achillis Statii*] *Bentleius Peerlkampus Stallbaumius alii; ceterum ipse Bentleius in curis nouissimis rursus praetulit* leuia, *quod rectissime interpretatur Ramler* [*Dichtkunst des Horaz*^{2} *p.* 19]: 'ein Autor, der zu sehr feilt, zu sehr poliert, nützt sein Werk ab und benimmt ihm die Nerven' *cf. epist.* II 1, 51: 'leuiter] le^{v}niter' *v et Iacobi disputationem de usu uocabulorum leuis et lenis apud poetas Latinos, Numburg.* 1836 *p.* 17

deficiunt animique; professus grandia turget;
serpit humi tutus nimium timidusque procellae;
qui uariare cupit rem prodigialiter unam,
delphinum siluis adpingit, fluctibus aprum.
in uitium ducit culpae fuga, si caret arte.
Aemilium circa ludum faber imus et unguis
exprimet et mollis imitabitur aere capillos,
infelix operis summa, quia ponere totum
nesciet: hunc ego me, siquid componere curem,
non magis esse uelim, quam naso uiuere prauo,

TESTIMONIA.

30 cf. uita Benedicti abbatis Clusensis prolog. [Pertz. XIIII = XII p. 197]: 'sed ne iam uidear delfinum siluis appingere, fluctibus aprum' 32—37 Ioannes Saresberiensis policr. prolog. l. VI 32 'Aemilium ludum' et 35 'hunc' incerti exc. arg. gr. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 33 'et — capillos' Seruius ad Aen. VI 848

VARIA LECTIO.

27 ///get [ur] *λ; turget l* turget *τ* 28 tutus *r y* cautus *Peerlkampus opp. Ω′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* timusq, *C* 29 unam *Ω′ ς″ Pph.′ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* una *Praedicowius* 30 Delfinū *F* Delfianū *B* adpingit *γ F λ′ δ (v a v et π) tractat. Vindobon.* appingit *C u ς′ (et Lips.) florileg. Nostrad.* appingit [v] *B u.* 31 *del. Ribbeckius* 31 In uitum [l] *γ* culpę ducit *u y* ducit culpae *cett.′ ς″ cons. flor. Nostr.* 32 Aemeliū *C* Aemi//lium *λ* fabrum *Cuninghamus* *imus δ* imus *cett.′ Pph. Porph. Acr. tractat. Vindobon.* 'his demonstrat aerarium fuisse fabrum imum (Vnus *Porf.*) hoc est in angulo ludi tabernam habentem' *Porph.′* unus *r* 1 *ut uid.* (*sed cf. uar. lect. u.* 152) *y* [3 *codd. Bentlei* 6 *Feae aliquot Marcilii et Valarti*] *Pf. Ioannes Saresberiensis Bentleius* (faber, unus *Bentl.*) *cum plerisque qui post eum Hor. ediderunt: at nolim Horatio intra decem uersus uocabulum* unus *ter imputare; imum contrarium esse existimo summo siue optimo;* inritus *Horkelius* fabri manus *Peerlkampus* unguis *γ* 1 *B (π′ a cons. r)* ungues *cett.′ ς″* *u.* 33 *omis. τ* 1 *aut pr., add. ab altera manu in marg. τ* 33 mollis *γ* 1 *B C λ′ δ (π′ a) y* molles *F u γ* 2 *ς′* aere] arte *Wernsdorfius ad Lucil. Aetn.* 589 *post u.* 33 *uersum excidisse putat Lehrsius* 34 operis, summa, *interp. Bentl.* suma *δ* 1 quia] q *B* 35 Nescit *B* Nesc& [l] *C* Nesciet *cett.′ ς′* Nesciat *β′* 1 *σ pr.* ///// [hunc] *λ* egomet *F a. ras. δ* 1 (*τ r* 1 *v*) conponere *F λ u (v r et β)* componere *cett. ς′ (et Fran.)* curę *B* 36 naso uiuere p: *Ω′ ς″ Io. Saresber.* prauo uiuere naso *y ω* p//rauo *λ* *prauo δ* prauo *cett. ς′ (et Lips.) Io. Sar.*

spectandum nigris oculis nigroque capillo.
sumite materiam uestris, qui scribitis, aequam
uiribus et uersate diu, quid ferre recusent,
quid ualeant umeri. cui lecta potenter erit res,
nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.
ordinis haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor,
ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
pleraque differat et praesens in tempus omittat;

TESTIMONIA.

38—41 florileg. Nostradam. Reineri de ineptiis cuiusdam idiotae libellus 2 [mon. Germ. SS. XX p. 601] 38—40 'sumite — humeri' Reineri uita Euracli prol. [mon. Germ. SS. XX p. 562] 38 sq. tractat. Vindobonensis ad u. 189: 'dixit superius, ut quisquis sumat materiam suis uiribus aequam'. 309: 'dixit enim superius: sumite materiam et cet.' 39 sq. cf. uita Benedicti Clusensis l. c.: 'ego solus noui, mei quid ualeant humeri, quid ferre recusent' 42 'ordinis — uenus' Porph.′ ad c. I 30, 7 42 'uenus' incerti excerpta arg. gr. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 43 sq. Seruius ad Aen. prooem. 43 Willelmus uita s. Thomae [Giles. II p. 316]: 'nec artificialiter iuxta poetam: nunc iam dicam nunc iam debentia dici'

VARIA LECTIO.

prauo *l y* paruo *v* 1 *uar. y* [*π* 1 *aut pr.*] torto *y* [*Bruxell.; Basil.* I *gloss. pro interpretat.*] 37 Spectatum *y* nigroue *B C* nigroque *cett.′* ς″ *Acr.* *post u.* 37 *uersus* 136—152 *ponit Lehrsius*

38 materiam] lā mr̄ *B opp. tractat. Vindobon. ad h. u. et ad uu.* 189 *et* 308 *flor. Nostr.* 40 Qquid *δ* umeri *a* *h*umeri *δ* humeri *cett.′* ς″ *florileg. Nostradam.* potenter *Ω′* ς″ *Pph.′ Porph.′ Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Rainerus*, *huc respexit Cassiodorius de diu. lect.* 5: 'secundus liber Salomonis . . . a beato Hieronymo potenter expositus est' pudenter *y* [1 *cod. Combei*] *Marklandus;* potenter = κατὰ τὸ δυνατόν 41 facunda *B* deseret *Ω′* ς′ (*et π*) deserit *ν σ τ pr.* (*et Lips.*) *flor. Nostr.* licid̄ *δ* 1 42 Ordines *γ pr.* et] *omis. δ* 1 aut *γ δ p. ras.* (*β′ ν π′ σ τ a*) *Pph.′ Acr. tractat. Vindobon.* haut *C ψ* (*v*) haud *B φ δ* 1 *u* (*r* 1) hau^d^ *λ* ^*h*^aud *l ut uid.*; *Ouid. metam.* I 607: 'aut ego fallor' 43 ut] Aut *F* 1 *λ* 1 *δ* 1 (*π′* 1 *τ* 1 *r* 1 *et Fran.* 1) *opp. tract. Vind.* iamn̄odicat *y* non debentia *y* [*Sorb. p. ras.*] ω *Peerlkampus* dici] dī = dicit *B* *post* dicat *interpunxit Bentl.; plerique cum Lambino post* dici *distingunt; codd. uariant: cf. Pers. s.* 5, 109 *sq.*: 'es modicus uoti? presso lare? dulcis amicis? iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes?'

44 Pleraq, († quę) *B* reliqua *Schneidewinus philol.* X 362 presens *γ φ* tempore *δ* 2, *δ* 1 *recte*

hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor.
in uerbis etiam tenuis cautusque serendis
dixeris egregie, notum si callida uerbum
reddiderit iunctura *nouom. si forte *necessest,
indiciis monstrare recentibus abdita rerum,
fingere cinctutis non exaudita Cethegis
continget dabiturque licentia sumpta pudenter.
et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si
Graeco fonte cadent parce detorta. quid autem
Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Vergilio Varioque? ego cur, adquirere pauca

TESTIMONIA.

45 Seruius ad georg. II 475 ad Aen. IIII 412. 415 uu. 47—51 floríleg. Nostradam. 47 sq. 'dixeris — nouum' Priscianus instit. XVIII 12, 101 historia pontificalis 12 [mon. Germ. SS. XX 526] cf. Persius s. 5, 14: 'uerba togae sequeris iunctura callidus acri'

50 schol. Lucan. II 543. glossarium Mai [classic. auct. VIII 130] 'cinctutis' incerti exc. gramm. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 52 sq. 'et — detorta' Seruius uolgatus ad Aen. IIII 34 55 sq. 'ego — inuideor' Priscianus instit. XVIII 18, 138

VARIA LECTIO.

u. 45 post u. 46 ponunt Bentleius et post hunc plerique, repugnante Spengelio philol. XVIII 96 et opp. Acr. tractat. Vindobon.; Horatio abiudicat u. 45 Hammersteinius 45 spernet B C spernat cett.' ς'' sperat r 1 47 Dixerit B opp. tract. Vind. egreie C 48 nouum Ω' ς'' τ in ras. necesse, om. est a necesse e ẽ σ 49 Inditiis u monstrare Ω' ς'' tract. Vind. flor. Nostr. formare Pf. forma Pph. rerum B C (a 1 ut uid.) y [Mellic. 1 Zulich. alii] flor. Nostr. rerum et γ F λ' δ u ς'' (et omn. Cruqu.) tract. Vind.

50 cintutis λ pr. u Pf. non] nos B post Cethegis duo puncta ponit Lambinus 51 prudent̄ δ 1 (ν 1 v) 52 factaque y [G. Fabricii codd.] Bentleius opp. Ω' ς'' Pph.' Acr. tractat. Vind. post u. 52 uersum excidisse putat Lehrsius 53 Graeco B Pph.' Greco cett.' cadant γ C 2 (ν a r et β) Pf. gloss. Γ Seru. cadent cett. (π' σ τ v et Fran. omn. Bland.) Pph. Acr. interpr.: 'si . . . translata fuerint' tractat. Vindobon. Bentleius cadunt y parce] arte (tc) B autem? interp. Ribbeckius 54 Cecilio F λ' δ u dabit Ω' ς'' (et omn. codd. Cr.) tract. Vind. dabat y dedit y 'dabit] ꝑ dedit . . .' gloss. Γ adeptum B C 55 Vergilio γ Vigilio C Virgilio cett.' ς'' uario γ B C (π' a r 1 ut uid.) Acr. tract. Vind. uaro cett.' ς' adquirere Ω' ς' Pph.' Priscian. acquirere τ (et Fran.) ac quirere σ

si possum, inuideor, cum lingua Catonis et Enni
sermonem patrium ditauerit et noua rerum
nomina protulerit? licuit semperque licebit
signatum praesente nota producere nomen.
ut siluae foliis pronos mutantur in annos,
prima cadunt: ita uerborum uetus interit aetas,
et iuuenum ritu florent modo nata uigentque.

TESTIMONIA.

56 'ut in arte poetica: inuideor (φ)θονοῦμαι' schol. Γ epist. I 5, 21. 'inuideor' Pseudoaugustinus de grammatica c. 15 58—63: 'Licuit — nostraque' flor. Nostr. 60—62 Diomedes p. 400 K. 'Valerius . . . Horatium dixisse ait: ut siluae flores pronos mutantur in annos et prima cadunt, ita uerborum uetus interit (. . rat' cod.) aetas, et noua iuuenum ritu florent modo nata uigentque (motat augentq; cod.) et rel.' excerpt. ex comm. in Donat. uol. V p. 326 K. ex cod. Lauantino saec. VIIII 60 sq. cf. Hieronymus praefat. ad II. libr. Osee [Vallars. VI p. 54]: 'postquam autem reuersa fuerit terra in terram suam et tam nos qui scribimus, quam eos qui de nobis iudicant, pallida mors [Hor. c. I 4, 13] subtraxerit et alia uenerit generatio primisque foliis uirens silua succreuerit, tunc sine nominum dignitate sola iudicantur ingenia'

62 cf. Terentius Scaurus apud Gainfredum p. 19 [classic. auct. ed. Mai. V p. 150]: 'postrema aetas mundi ut disciplinam pristini saeculi, ita et sermonem fastidire coepit et noua parere uerba, quae iuuenum ritu florent et uigent'

VARIA LECTIO.

56 possum *Ω′ ς″ Pph.′ Acr. Prisc.* possim *y* ennii *F λ′ u* hennij *δ* 57 *& noua δ* 58 pretulerit *γ* protulerit *cett.′ ς″* 59 presente *u* producere *Ω′ ς″* (*et omn. Cruqu.*) *gloss. Γ florileg. Nostr.* (c *in ras. r*) procudere *y* [*codd. Lambini*, *Statii*, *de Nores*, *Luisini* (?)] *Bentleius* nomen *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* nummum *Luisinus Bentleius*, *sed cf. Iuuenal. s.* 7, 55: 'communi feriat carmen triuiale moneta' 60 ut siluae e foliis, pronos nutant ubi in annos, *Mœhlyus* silue folis *B* folia in siluis *Diomedes opp. Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* foliis silue *flor. Nostr.* siluae flores *Valerius* siluis folia *Bentleius at cf. Meinek. praefat. p.* XXXXI

pronos] priuos *Bentleius* per nos *floril. Nostrad.* pr: mut:] si commutantur *Hamacherus* noua progignuntur *uel* progenerantur *Prinzius* motantur *C* imitantur *u* mutantur *cett.′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uiduantur *y* [*Montepessul. uar.*] *coni. Bentleius* nudantur *y* [1 *cod. Fabricii*] *coni. Bentleius* 61 Prima *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* priua *Bouhierus* prisca *Praedicowius* prona *Hamacherus* poma *Helbigius* aetas] usus *y* [*Gothanus tertius Nostradam.*] 62 uigent *Ω′ ς″ Terent. Scaurus*

debemur morti nos nostraque: siue receptus
terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
regis opus sterilisue *palus diu aptaque remis
uicinas urbes alit et graue sentit aratrum,
seu cursum mutauit iniquom frugibus amnis,

TESTIMONIA.

63—65 Priscianus instit. VI 16, 83 63 'debemur — nostraque' Seruius ad Aen. VIIII 96 florilegium Parisin. 8818[a] Hildebertus moral. philos. p. 971 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67. uita Adalberonis c. 11 [Pertz. XIIII = XII p. 134] 63 sq. 'receptus — arcet' Quintilianus instit. VIII 6, 23 65 'Horatius corripuit, ut: sterilisque diu palus aptaque remis' Seruius ad Aen. VI 107. 'sterilisque — remis' idem ad Aen. II 69 et Seruius Honoratus de finalibus 6 p. 452 K.

VARIA LECTIO.

tractat. Vindobon. flor. Nostr. uirent *y* [*Montepessul. uar.* 1 *Vatic.*] *Bentl.* 63 d: m:] mutamur formam *Peerlkampus* Debemur *γ C F λ′ δ u ς″ Pph. Acr. tractat. Vindobon. florileg. Paris.* 8818[a] *et Nostradam. Prisciani codex optimus* (*R*) *uita Adalberonis* Debemus *B* (*τ* 1) *Pf. Prisciani codd. plerique Seruii cod. Reginensis Vincentius* Debemus *τ* Debentur *Hildebertus: expressum ex Simonid. fragm.* 122 *ed. Bergk.* [3] *p.* 1159: 'θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα' *Ouid. metam.* X 32: 'omnia debemur uobis (sc. dis inferis)' 64 classes *Ω′ ς″*

65 Regis opus *Ω′ ς″ Acr. tractat. Vindobon.* regium opus *Meinekius: Ouid. fast.* VI 259: 'regis opus placidi quo non metuentius ullum etc.' *Auson. Mosell.* 287—90: 'quis modo Sestiacum pelagus, Nepheleidos Helles aequor, Abydeni freta quis miretur ephebi? quis Chalcedonio constratum ab litore pontum, regis opus magni?' *Acr.*: 'Nam regis opus est admittere terrae mare, paludes deriuare in terra (intra *γ ν*): portus significat autem Lucrinum portum et alios qui manufacti sunt ab Augusto et alia regum opera; hoc est regium opus quod nullus facere potest nisi rex' sterilisue *δ* (*ν τ a v et π*) *Acr. ut uid. tractat. Vindobon. Bentl.* sterelisue *γ* sterilisque *B C F λ u* (*β′ σ* 1 *ut uid. r* 1 *et Lips.*) *Pph. Priscianus Seruius Honoratus et Seruius ad Aen.* sterelisque *l Pf.* diu palus *Ω′ ς″ Pf. Seruii cons. Pph.* ('diu paulus' *Pph.*) *testatur Priscianus* palus diu *I. M. Gesnerus prob. Lachmann. mus. Rhen.* III 614 *et ad Lucret. p.* 196 *et L. Müller. de re metr. p.* 308; *in τ* diu *supra u. scriptum est:* palus prius *Bentleius* palus aptataque *Marcilius* palus dudum actaque *Cuninghamus* palus agitataque *idem* palus pulsataque *Marklandus* palus olim *Peerlkampus* apta *Ω′ ς″* acta *y* [1 *cod. Feae*]

67 motauit *C opp. Pph.′* iniquom *C omis. B* iniquum *cett.′ ς″ Pph.′* iniqum *y* [*Bamb.*] annis *u* arnus *y* [*Doruill.*]

doctus iter melius; mortalia facta peribunt:
nedum sermonum stet honos et gratia uiuax.
multa renascentur quae iam cecidere, cadentque
quae nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,
quem penes *arbitriumst et ius et norma loquendi.
res gestae regumque ducumque et tristia bella
quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.
uersibus inpariter iunctis querimonia primum,
post etiam *inclusast uoti sententia compos;

TESTIMONIA.

68 '. . . de fluuio: doctus iter melius' Porph.′ ad epist. I 14, 30 68—72: 'Mortalia — loquendi' florileg. Nostradam. 'mortalia facta peribunt' florilegium Paris. 8818ª Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 69 cf. ecbasis captiui u. 720: '. . . sit uiuax gratia nobis' 70—72 Ioannes Saresberiensis metalog. I 16. III 3 72 Ioannes Saresberiensis metalog. III 4 73 sq. Marius Victorinus I 12, 5 p. 66 Gaisf., Ioannes Victoriensis p. 273 B. 75 sq. Marius Plotius III 45 p. 258 Gaisf. Charisius p. 202 K.: 'Horatius (Persius cod. Neapol.) epistolarum: uersibus impariter iunctis' 'impariter . . . aduerbium . . . figurauit' Q. Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam lib. X apud Charis. l. l.

VARIA LECTIO.

68 inter *C* facta *Ω′ ς′* (*β in ras.*) *Acr. tract. Vind. flor. Nostr.* cuncta *y* [*Galeanus*] *Bentl.* 69 gracia *λ* 70 que iam *ψ* cadent*q*, *C* 71 nunc sunt] sunt nunc *flor. Nostr.* uocula *B* si *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. florileg. Nostr. corr.* (sed *pr.*) sic *y* 72 arbitrum *male coni. Wakefieldus: arbitrium et ius diuersa sunt apud iurisconsultos* arbitrium *u* (est *superscr.*) arbitrium est *cett.′ ς″* ius *Ω′ ς″* (*et omn. codd. Cruqu.*) *Acr. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. ter*; uis *τ*, *r non liquet* *Inter uu.* 72 *et* 73 *in λ minio picta extant haec uerba* (*a Mauortio olim addita?*): INCIPIT nUnC LOQUI ꝺe OMNIB: MeTRIſ ≃ *y* [*Taurinens.*] *Porph.′*; *ibidem in l haec reperiuntur:* Incipit modo loqui de metris eorumque repertoribus; *in nonnullis codicibus u.* 73 R *maiore littera adpicta est* 73 geste regum ducumq. *γ* 74 possint numero scribi *Ioann. Victoriens.* possent scribi *ν* 75 *INCIPIT cod. ε*; *Ω′ = γ B C F λ′* (*λ l*) *δ ε u*; *ς″ = aut omnes codd. β′* (*β̊ Fran.*) *ν π′* (*π Lips.*) *σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; *ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur* 75 inpariter *C F λ δ ε u* (*ν τ r*) *Pph.* ĩpariter *B* impariter *γ* (*β′ π′ σ a l v*) *Pf.* quærimonia *C* queremonia *ψ* 1 *aut pr.* quęremonia *φ* prima *Plotius* 76 inclusa, *om.* est *r* 1 (*et Lips.* 1) inclusa

quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.
Archilochum proprio rabies armauit iambo:
hunc socci cepere pedem grandesque coturni,
alternis aptum sermonibus et popularis
uincentem strepitus et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus diuos puerosque deorum
et pugilem uictorem et equom certamine primum
et iuuenum curas et libera uina referre.
descriptas seruare uices operumque colores
cur ego si nequeo ignoroque, poeta salutor?
cur nescire pudens praue quam discere malo?

TESTIMONIA.

77 sq. Marius Plotius III 44 77 cf. Terentianus Maurus 1721: 'pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor, quidam non dubitant dicere Callinoum' 78 'certant — est' annales Stadenses a. 1224 [Pertz. XVI p. 358] 'et — est' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 chronic. Magni Presb. a. 1209 [Pertz. XVII p. 526] 79—82 Porphyrion interpolatus, non codd., ad c. I 16, 2 79 nescio an huc respexit Apollin. Sidonius c. 9, 211: 'non laesi Archilochi feros iambos' 85 cf. Statius s. I 6, 41: 'non sic libera uina tunc fluebant' 86 Acr. ad u. 89 88 Hieronymus contra Ruffinum lib. I c. 17 [Vallars. II p. 473[c]]: 'nec Horatium audiunt commonentem: cur — malo' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

Ω′ = γ B C F λ′ (λ l) δ ε u; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Frun.) ν π′ (π Lips.) σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

est *γ B C ε F* 2 *δ* 2 (*β′ ν σ a* 2 *et Lips.* 2) *gloss. Γ tractat. Vindobon.* iuncta est *u* (*v*) *y* iunctis *F* 1 *ut uid. λ′ δ* 1 *u uar.* (*τ et π corr.*: iunctus *π pr.*) *a* 1 *non liquet* conpos *λ u* compos *cett. ς″* 78 Gramatici *δ u.* 79 *omis. λ′* 1 *add. λ′* 2 79 Archilocum *C δ ε u λ′* 2 armabit *B* 80 coepere *γ pr. F λ′ δ ε* grandesq. *omis. ε pr.* coturni *Ω′ ς′ Pf. cons. π′ l r om. Pph.* 81 popularis *B C* (*π′ r*) *Pph.* populares *cett.′ ς′ Pf.* popularis [pe] *y* [*Montepessulan.*] 83 Musa *δ* diuus *τ pr.* 84 equō *C* equum *cett.′ cf.* 'equom' *Vergil. georg.* I 13 86 Descripta *γ* 1 Descriptas *cett.′ ς″ Pph.′ Acr. tractat. Vindobon. nescio an erat corrigendum* discriptas *cf. c.* II 13, 23; *gloss. γ interpret.*: 'diuisas, distributas a me' 'descriptas seruare uices] hoc est ordinem per species signorum (? singulorum), quare poeta dicitur'

uersibus exponi tragicis res comica non *uolt:
indignatur item priuatis ac prope socco
dignis carminibus narrari cena Thyestae.
singula quaeque locum teneant sortita decenter.
interdum tamen et uocem comoedia tollit,
iratusque Chremes tumido delitigat ore;
et tragicus plerumque dolet sermone pedestri
Telephus et Peleus, cum pauper et exul uterque
proicit ampullas et sesquipedalia uerba,
si curat cor spectantis tetigisse querella.

TESTIMONIA.

90 sq. Marius Plotius IIII 8 p. 269 Gaisf. 92 florileg. Nostradam. Ioannes Saresberiensis policr. I 4 metalog. II 19 93 Donatus ad Terent. adelph. V 3, 3 sq. 94 Hieronymus epist. 54 ad Furiam 2 [Vallars. I p. 282 e] 97 'ut superius (sup̃ Barcin.): proicit (prospicit γ pro hīc Barcin.) ampullas' schol. Γ epist. I 3, 14

VARIA LECTIO.

89 uersibus] uerbis *Woelfflinus* uult *Ω′ ς″* 91 cena *B C u* caena *cett.′* thyestae *v* (*et π*) *y* thieste *γ C* thyreste *B* thiestae *cett.′ u.* 92 *del. Prinzius et Ribbeckius* 92 decentem *B y* [*V cum al. Cruquiano et Vigorniensi*] *tractat. Vindobon. Bentl.* ducenī *C*, *C* 1 ducem *ut uid.*; decenter *cett.′ ς″ florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. bis* 93 cōmedia *C* comedia *δ* 1 *ε u* conmedia *λ* 94 Iratus, *om.* que, *ε* cremes *γ* crhemes *C* tumido (v *supra* u) *γ* delitigat] dilitigat *ψ pr.* desaeuiet *Hieronymus* 95 *ueteres editores et aliquot recentiores cum codd. quibusdam post pedestri interpungunt et tragicum intellegunt pro tragico actore uel pro scriptore tragoediarum. ita uero particula* 'cum' *sine uerbo posita esset; at multo melius ea cum uerbo* 'proicit' *iungitur et adiectiuum* 'tragicus' *cum Telepho et Peleo. sic et Hor. s.* II 5, 91 *de* '*Dauo comico*' *et Cic. in Pison.* 20, 47 *de* '*tragico illo Oreste aut Athamante*' *locuntur ac uere poetice Flaccus a comoedia ad tragoediam ita transit, ut, quem forte commemorauit, Chremeti comico tragicos illos Telephum Peleumque opponat* 96 Thelephus *F* (*σ l et β Lips.*); Telephus (ħ *supra*) *ε sed in ε* ħ *uidetur fuisse nota scholii quod nunc euanuit; cf. u.* 104: 'Telephe' *et apparat. critic. epist.* I 11, 13 aut Peleus *Bentleius* cum] nec *Prinzius* 97 Proicit *Ω′ ς″ Pph. schol. Γ* (*v*) *epist.* I 3, 14 Proiicit *τ Pf.* sexquipedalia *v y*
98 curas *u* (*v*) *y* [*Basil.* I *a* 1. *m. Montepessul. Parisin.* 8214. 8216. 8219 *pr. Taurinens.* 2 *uar.*] *idem coni. Peerlk.* curat *cett. u uar. ς″ Porph.′ Acr. gloss. Γ tract. Vind.* cura *l* 1 spectan*tis C* tetigisse] *ab alt. m. in lacuna ψ* querella *C a. ras. δ ε* (*a et β Fran.*

non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunto
et quocumque uolent animum auditoris agunto.
ut ridentibus adrident, ita flentibus adsunt
humani uoltus: si uis me flere, dolendum est
primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia laedent,
Telephe uel Peleu; male si mandata loqueris,

TESTIMONIA.

uu. 99—103 florileg. Nostradam. 99 Adae de Fulda musicae pars secunda c. 11 [III p. 353 Gerbert.] 100 Seruius [Sergius] comm. in Donatum p. 415 K. 101—103 'ut — tibi ipsi' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 101 sq. cf. Senec. de ira II 2, 5: 'inde est quod adridemus ridentibus et contristat nos turba maerentium' de clementia II 6, 4: 'semper adridere ridentibus' 102 sq. 'si uis — tibi' Ioannes Saresberiensis metal. I 17 uu. 104—111: 'Male si — lingua' florileg. Nostradam. 104 sq. 'male — ridebo' Ioannes Saresberiensis metalog. I 17

VARIA LECTIO.

corr.) *y* [*Taur.* 1 *Voss.*] quęrella *y* [*π*] quęrela *φ* querila *C p. ras.* querela *cett.'* ς (*et Lips.*) 99 pulcra *ε u flor. Nostr. Adam* pura *y opp. tractat. Vindobon. non improb. Bentl.* *uu.* 100 *sq. omis. τ* 1, *add. τ* 2 *in marg.* 100 uolent *γ B C ε* (*β' ν a r et Lips.*) *Acr. Seruius tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uolunt *F λ' δ u* (*σ et π*) uolunt (†e) *v* 101 adrident *C F* (*a et π*) arrident *cett.'* ς' (*et Lips.*) *florileg. Nostradam.* adsunt *F ε u* (*β' a r et π*) *florileg. Nostradam.* assunt *cett.'* ς (*et Lips.*) adflent *grammaticus anonymus bibliothecae Vigorniensis Bentleius opp. Acr. gloss. Γ interpr.:* 'in praesto sunt;. *praeterea iure* κακοφωνίας *argueretur Horatius, si scripsisset:* 'flentibus adflent humani uoltus; si uis me flere, dolendum est' *et cf. u.* 204: 'adspirare et adesse choris' *et epist.* I 17, 57 *et Lucret.* I 178. adsint *uel* assint *y* [*Gronou.* 2 *Nostrad. Regin.* 1 *Taur.* 2 *codd. Bentlei Combei Feae Oberlini*] *ω Vincentius* adflant *y* [*codd. Marcilii* (?)] 102 uoltus *C* uultus *cett.'* ς'' *florileg. Nostradam.* si me uis flere *Vincentius opp. florileg. Nostradam.* me uisne dolere? *Peerlkampus* dolendum *C* 103 tū *B C* tunc *cett.'* ς'' *Pph.' florileg. Nostradam. defendit Doederlinus epist.* II *p.* 109 'cum' *pro* 'tum' *Porph.' in interpret.* nunc *τ pr.* laedent *B F* (*π' a*) *Pph.'* ledent *γ C δ ε u λ p. ras. et corr.* ς' *floril. Nostr.* ledunt *λ'* loede(N) *τ* *uu.* 104 —195 ***DEFICIT*** *cod. v;* ς'' = *aut omnes codd. β'* (*β Fran.*) *π'* (*π Lips.*) *σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur:* ς = *aut omnes codd. σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur* 104 Telefe *B* male] mala *τ* 1 *r* (*et π*) *y opp. schol. γ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Ioann. Saresber.* loqueris (requiris) *v*

aut dormitabo aut ridebo. tristia maestum
uoltum uerba decent, iratum plena minarum,
ludentem lasciua, seuerum seria dictu.
format enim natura prius nos intus ad omnem
fortunarum habitum; iuuat aut impellit ad iram,
aut ad humum maerore graui deducit et angit;
post effert animi motus interprete lingua.
si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
intererit multum, diuosne loquatur an heros,

TESTIMONIA.

105—117 'tristia — agelli' Hildebertus moral. philos. p. 984 105—107 'tristia — dictum (sic)' florilegium Paris. 8069 105 sq. 'tristia mestum uultum uerba decent' Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 Ioannes Victoriensis V 9 p. 411 B. 106 Conradi de Fabaria casus s. Galli c. 11 [Pertz. II p. 174] 'uultum uerba decent' florilegium Paris. 8818ª 108—111 Ioannes Saresberiensis metalog. I 17 113 florilegium Cusanum C 14 ex Pph.′ non ex Hor. uu. 114—124 florileg. Nostradam. 114—116 'intererit — feruidus' Seruius interpolatus (saec. XV) ad Aen. XII 18

VARIA LECTIO.

105 domitabo *C* tristitia *γ* maestum *B F λ′ δ* (*a*) moestum *γ* mestum *cett.* ς″ 106 uerba decent uultum *Hildebertus opp. florileg. Parisin.* 8069. 8818ª *Nostradam.* laetum urbana decent *Peerlkampus* Voltum *C* Vultum *cett.* ς″ *flor.* 8069. 8818ª *Nostr.* decent] delectent *flor.* 8069 plena *om. δ* 1 107 lasciuia *ε y* 108 pri·nos (us *suprascr.*) *λ* 109 aut] atq. *τ opp. tractat. Vind. flor. Nostr.* inpellit *C F λ* (*τ*) impellit *cett.* ς″ impelit *floríleg. Nostradam.* 110 umñ *λ* 1 maerore *B y* moerore *γ* merore *cett.*′ ς″ deducit] *littera* e *euanuit δ* 111 effert *γ C δ ε u F* 2 *λ* 2 (*σ τ* 2 *a r v et β* 2 *Fran. Lips.*) *Acr. gloss. Γ tractat. Vindobon. Ioann. Saresber.* efferet *B* effere *florileg. Nostrad.* (*om. β* 1) et certi *F* 1 *λ′* (*τ* 1 *et π*) *gloss. l:* 's. fiunt' in͞p&re *C* 113 Rumani *ε* equites peditesque *Ω′* ς″ *Pph.′ florileg. Cusanum* e. p. q. *tractat. Vind. hanc formulam alias serio usitatam hic ut apud Plautum Poenul.* II 4, 10: 'quoduis genus ibi hominum uideas, quasi Acheruntem ueneris: equitem peditem, libertinum, furem an fugitiuom uelis' *non sine ioco dictam accipe. Bentlei coniectura*: 'equitesque patresque' *compluribus de causis improbanda uideatur. Porph.′*: 'ridebit equester ordo et plebs' cachinnum (h *suprascr.*) *ε* chachinū *λ* 114 diuosne *B C* (*et* 2 *Bland.*) diuusne *γ* 1 *F* 1 *λ′ δ u* ς′ (*et* 1 *Bland.*) *Pph.′ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Bentl.* diuusq. *ε* dauusne *γ* 2 *F* 2 (*β′ σ τ* 2 *v*) *Seruius interpolatus et Hilde-*

maturusne senex an adhuc florente iuuenta
feruidus, et matrona potens an sedula nutrix,
mercatorne uagus cultorne uirentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis.
aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.
scriptor honoratum si forte reponis Achillem,

TESTIMONIA.

116 cf. Auien. progn. 468: 'sique sues lentae, si lanae sedula nutrix' 117 cf. Ouid. fast. V 499: 'forte senex Hyrieus angusti cultor agelli' 120 'ponere dicit scribere, ut Horatius: scriptor — Achillem' schol. Pers. 1, 70 'si — Achillen' Porph. ad art. poet. 190

VARIA LECTIO.

bertus: 'unicuique personae actus aptandus est cum discretione, ut appareat, utrum deus loquatur an quilibet uirorum fortium; et sic d : : : : intellegendum' *schol.* ε Daunsne loquatur herusne *Landinus* Daunsne loquatur Erosne *Lambinus* diuesne loquatur an Irus (hirus) *Erasmus* hęros *B* heros *cett.* ς'' 115 Maturusne *uel* Maturus ne *Ω'* ς'' *florileg. Nostradam.* Maturus ue *v y* maturusue *Hildebertus* 116 et] an *u* (*v*, *y* ω *florileg. Nostradam. Hildebertus opp. cett.* *u* *uar.* ς'' potens *Ω'* ς'' *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* parens *y Fea*, *sed cf. Iuuenal.* 1, 69: 'occurrit matrona potens' 117 Mercatorne *uel* Mercator ne *Ω'* ς'' *florileg. Nostradam.* Mercator ue *v y* mercatorue *Hildebertus* cultorue *Hildebertus opp. florileg. Nostradam.* uirentis *B C* ε (σ τ 2 *a r v et Lips.*) *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* uigentis γ *F* λ' δ *u* (β' τ 1 *et* π 1 *Bland.*) *omis. Hildebertus* 'florentis feracis' *gloss.* Γ

118 assyrius *B* (β') as^s^yrius λ assirius γ *C F u* asirius ε as^s^yr^i^us δ agris *C* 119 sequere] si q̄re *B* conueniencia λ *con*uenientia φ 119 *sq.* finge scriptor, *disting.* ω *Bentl.*, *sed superuacuum erit* 'scriptor', *si cum antecedentibus iunxeris; sin cum sequentibus, minime: quippe quo impediatur, quominus uocem reponere ad actorem referamus*
120 honoratus. *Bouhierus* Homereum *Bentleius* Homeriacum *Buchelerus opp. Ω'* ς'' *Pph.' tractat. Vindobon. schol. Pers. florileg. Nostradam.*; *nec scholiastas Horati Homereum legisse, quod quidem Bentleius contendit, ex eorum uerbis apparet: hi enim non* 'Homereum' *sed praepositionem re in reponis spectantes sic interpretantur:* 'reponi igitur id est itidem scribi; si ergo Achillem de quo semel Homerus scripsit, uelis scribere, debes talem facere, qualem Homerus ostendit, reponis id est ad imitationem Homeri scribis' *schol.* γ, *idem alt. loco:* 'honoratum id est illustrem, honoris plenum' *uide etiam Doederlin. epist.* II *p.* 110 *sq.* achillen *F* λ' *Pph. opp. Pf. floril. Nostr.*

impiger, iracundus, inexorabilis, acer
iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
sit Medea ferox inuictaque, flebilis Ino,
perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes.
siquid inexpertum scaenae committis et audes
personam formare nouam, seruetur ad imum
qualis ab incepto processerit, et sibi constet.
difficile est proprie communia dicere; tuque
rectius Iliacum carmen deducis in actus,
quam si proferres ignota indictaque primus.
publica materies priuati iuris erit, si
non circa uilem patulumque moraberis orbem,
nec uerbo uerbum curabis reddere fidus

TESTIMONIA.

122 'iura — nata' Seruius ad Aen. II 29 124 cf. Ouidius trist. I 5, 22: 'fecerunt furiae, tristis Oresta, tuae' 126 sq. 'hoc praecipit Horatius in arte poetica: seruetur — constet' Seruius ad Aen. VI 176 interpolatus (saec. XV) 126 'seruetur ad imum' ecbasis captiui u. 830 uu. 128—135 florileg. Nostradam. 133 sq. 'nec

---

VARIA LECTIO.

121 Inpiger *F ε florileg. Nostradam.* īpiger *B* Impiger *cett.′ ϛ″* Impier *τ* 122 ^{b}sibi ^{a}ne^{c}gat *τ* negat *λ′ δ* (*τ* 1 *r et Lips.*) *tractat. Vind.* neget *cett. ϛ′ flor. Nostr.* nichil *u* adrog& *F* arroget *cett.′ ϛ″ tract. Vind. flor. Nostr.* arrogat *τ* 1 123 media *B λ pr.* ino, in *in ras. λ* 124 ixionia vaga *C* horrestes *δ* horestes *ε* 125 scaenae *B C λ′ δ* (*σ a*) scenae *cett. ϛ* cōmitis *C* 127 incoepto *δ* 128 'tuque] hoc interrogatiue ait: at enim dicunt difficile esse communia propriis explicare uerbis' *schol. Γ; Ribbeckius inter* dicere *et* tuque *haec interpolat:* 'uerum quae placeant raro contingit fingere' proprię *B δ a. ras. ut uid.* dicere communia *u pr.* 129 deducis carm̄ *u* carnen deducis *λ* carmen deducis *cett.′ ϛ″ floril. Nostrad.* carmen diducis *y Fea* deduxes *Botheus* 130 quam sic *Botheus opp. etiam florileg. Nostrad.* proferre sicnota *λ pr.* primis *γ* 131 Puplica *y* *uu.* 132—137 *ex parte tantum liquent in C* *u.* 132 *delet Lehrsius* 132 Nec *ω opp. Pph.′ florileg. Nostradam.* orb : : : *ε* orbem. *interpungit Doederlinus* 133 uerbo uerbum *γ B F λ′ δ ε u ϛ″ Pph.′* uerbum uerbo *C* (*σ*) *y Hieronymus Seruius utrobique florileg. Nostradam.*, *praetulit Bentleius: sed haec lectio prosam sapit cf. Boetium* (*quem iam tract. Vindobon. laudat*) *in Porphyrium* I *p.* 46: '. . . uereor ne subierim fidi

interpres, nec desilies imitator in artum,
unde pedem proferre pudor uetet aut operis lex.
nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
'fortunam Priami cantabo et nobile bellum'.
quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
parturient montes, nascetur ridiculus mus.

TESTIMONIA.

— interpres' Seruius ad Aen. I 223. XI 1. Hieronymus epist. 57 ad Pammachium 5 [Vallars. I p. 309[a]], hic praemissis: 'sed et Horatius uir acutus et doctus hoc idem in arte poetica erudito interpreti praecipit'   134 'nec — artum' tractat. Vindobon. ad art. poet. u. 149
138 sq. florileg. Nostradam. Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67   138 cf. Quintilianus instit. I 5. 6: 'occurrat mihi forsan aliquis: quid hic promisso tanti operis dignum?' Petrus Cluniacensis epist. IIII 17 [biblioth. Cluniac. p. 829[a]]: 'sed ne de his illud usitatum dicatur: quid — hiatu?'   139 Hieronymus aduers. Iouinianum lib. I 1 [Vallars. II p. 238[a]] Probus cath. p. 25 K. florilegium Paris. 8818[b] florilegium Cusanum C 14 Seruius ad Aen. VIII 83. uita Wolfhelmi abbatis Brunwilarensis c. 11 [Pertz. XIIII = XII p. 186] Gunzo Noua-

---

VARIA LECTIO.

interpretis culpam, cum uerbum uerbo expressum comparatumque reddiderim' *nec minus haec altera:* uerbum e (*ex tractat. Vindobon.*) uerbo *y* [*Montepessulan.*] *schol.* ε *et tractat. Vindobon. pro interpretatione*   134 disilies *B* dissilies *C*   imitatur γ 1   arctum *u* (*a* 1 ?) artum *cett.*' ς' (*et* π) *tractat. Vind.* arcum *r* 1 (*et Lips.* 1) *flor. Nostrad.*   135—137 *initia euanuerunt in C*   *u.* 135 *delet Lehrsius*   135 pudor proferre pedem *y* [*Sorbonens.*] referre pudor uetat *v opp. etiam florileg. Nostradam.*   *uu.* 136—152 *post u.* 37 *ponit Lehrsius*   136 *y* [*Montepessulan.*] *in marg.*: 'ł nec uiciū capies quod scriptor'   *sic* φ 2. φ 1 *euanuit*   ut] *omis.* γ 1   cyclicus γ *B C F* λ' ε (β') *a* ciclycus *r* (*tractat. Vindobon.*) ciclicus δ (π' τ *v*) *Acr.* cilicus *u* ciclius σ *y* [*Reginens. pr. cons. Parisin.* 8219 *Vossian.* II] Cyclius *praetulit Bentleius: formam* κύκλιος *pro* κυκλικός *praeter Pollianum anthol. Pal.* XI 130. 1. *nemo exhibet: Pollianum autem ea propter* εὐφωνίαν *usum esse Welckerus demonstrauit cycl. epic. p.* 117   137 cantabo et] cantarat *B*   bellum *y* [*Nostradam.*] (ł regnū)   138 dignum feret hic tanto *y* [*Valentian.*] dignum fer& tanto *C* dignum tanto feret *cett.*' ς'' *floril. Nostrad.* tanto dignum *y Petrus Cluniacensis*   fieret *Vincentius*   139 Parturient Ω' ς' *Pph.*' *Acr. tractat. Vindobon. Probus Seruius florilegia Paris.* 8818[b] *Cusanum Nostradam. Vincentius uita Wolfhelmi Iohannes de Monsterolio* Partuent *r* 1 Parturi ent *y* [β] Parturiunt *y* [*Gemblacensis aliique*] *Hieronymus Gunzo Vodalscalcus Bentleius*

quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
'dic mihi, Musa, uirum, captae pos tempora Troiae
qui mores hominum multorum uidit et urbes'.
non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdim.
nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo;
semper ad euentum festinat et in medias res

TESTIMONIA

riensis (saec. X ineunte) epist. ad Augienses fratres [apud Martenium uett. scriptt. ampl. coll. I p. 298[e]] Iohannes de Monsterolio [ibid. II p. 1445[e]] Uodalscalcus de Eginone et Herimanno c. 16 [Pertz. XIIII = XII p. 439] cf. Ioannes Saresberiensis policr. I 13: 'saepe quum parturiunt montes, procedit ridiculus mus' 'nascetur — mus' Quintilianus instit. VIII 3, 20 'ridiculus mus' ecbasis captiui u. 369
141 sq. Ausonius periocha I. libri Odysseae eosdem uersus usurpauit; Otto Frisingensis chronic. lib. I c. 26 142 schol. Γ epist. I 2, 20 Ioannes Saresberiensis policr. I 4 143 florileg. Nostradam. 147 Hieronymus epist. 10 ad Paulum [Vallars. I p. 24[a]]

VARIA LECTIO.

140 Quando *δ* 1 nil *γ B u λ'*2 *ς''* nihil *λ' a. ras. δ a. ras. ε* (*a* 1) nihi *C* 141 capte *F* p̕ captę tēpora *C* postempora *ε* p̕ (*C λ' a*) *uel* post tempora (tempa *δ*) *cett.' ς'' Ausonius Otto Frisingensis* post menia *uel* moenia *y* [*Montepess. uar. Sorbonens.* 2 *codd. Feae quorum alter ab alt. m.*, 1 *cod. Achillis Statii*, 1 *cod. Valarti*, 1 *Bentlei*] *Bentleius* post funera *y Bentlei dubia suspicio*, post Pergama *Cuninghamus; cf. c.* I 28, 11 *sq.*: 'quamuis clipeo Troiana refixo tempora testatus' *Ouid. metam.* XI 757 *sq.*: 'Priamusque nouissima Troiae tempora sortitus' VIII 365 *sq.*: 'forsitan et Pylius citra Troiana perisset tempora' *et uide interpretes ad Vellei. Paterc.* I 3, 2: 'Iliaca componentes tempora' 142 qui] q̊s *B* uid& *C* 1 143 s, *C* 144 C*ogitat ε* spetiosa *F* speciosa *δ* 145 Antiphaten *γ F λ δ* (*β' σ τ r et Lips.*) Antipathen *B* (*a*) Antiphathen *C* Antipaten *ε* Antiphatem *u* (*v*) *tractat. Vindobon.* scillam *Cδu* schillam *γ* Circam *coni. Bentl. quo nihil κακοφωνότερον et opp. tract. Vind.* cum] *omis. δ* 1 *ε* 1 (*τ*) c̄ *B* ciclope *γ C u* charibdim *B C ψ φ corr. λ ε* (*a*) caribdim *φ pr. δ u* (*τ l r* 1 *v*) caribdin *γ y cf. epist.* I 17, 60: 'Osirim' 147 Et gemino *Hieronymus* troiae sortitur *λ'* (*ł troianum orditur* supra) ouo] *in ras. δ* (heuo = aeuo *π* 1) 148 Senp *λ* a*d*euentū *δ*

non secus ac notas auditorem rapit et quae
desperat tractata nitescere posse, relinquit,
atque ita mentitur, sic ueris falsa remiscet,
primo ne medium, medio ne discrepet imum.
tu quid ego et populus mecum desideret audi.
si plosoris eges aulaea manentis et usque
sessuri, donec cantor 'uos plaudite' dicat,
aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
mobilibusque decor naturis dandus et annis.
reddere qui uoces iam scit puer et pede certo
signat humum, gestit paribus conludere et iram

TESTIMONIA.

151 sq. ecbasis captiui 482 sq. 'Sic ueris — imum' florileg. Nostradam. 151 cf. Senec. Hercul. fur. 1075: 'ueris miscens falsa' 152 cf. Willelmus uita s. Thomae: 'ne primum medio, medium nec discrepet imo' uu. 158—176: 'Reddere — adimunt' floril. Nostradam. 158—174 Hildebertus moral. philos. p. 982 158—165 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 158 sq. 'reddere — humum' schol. Statii Theb. IIII 257 p. 131

VARIA LECTIO.

u. 149 *omis. y* [*Taurinens.* 1] 149 Nec *u* Non (on *superscr.*) *cett.'* ς'' Haut *y* ·) auditas, *ad marg.* ·) ac notas *u* 150 tracta *B* imum] unū *B* (*r* 1) *y* 153 q//d ε 154 si fautoris eges *coni. Bentleius* spectatoris eges *Meinekius* plosoris *γ B C λ corr. δ* 2 (*a r*) *y* [*V Gemblacens. Gronou. Lips. Montepessul. uar. Parisin.* 8216 *a* 1. *m. Taurinens.* 1 *Valentian.*] *Pph. cons. Acr.* plusoris *uel* plus oris *F λ' δ* 1 (*τ* 1 *et π*) plausoris *u B* 2 *superscr. φ* 2 *λ'* 2 (*β' σ τ* 2 *υ*) *Pf. tractat. Vindobon. in interpretat.* pl::ısoris ε 'Plosoris et plausoris legitur' *Acr.* aulę *B* aulaea *C Pph.'* aulea *cett.'* 155 Sessori *B* Sesuri *C*

post dicat *punctum pon. codd. pars et Doederl.* 157 Mobilibus*q;* ε Nobilibusque *B* naturis *Ω' ς'' tractat. Vindobon. Wielandus* maturis *y* [*Upsalensis* 1 *Vatic.* 1 *Vigorniensis uar.*] *Bentl. opp. tractat. Vindobon.* 'dandus est] puero adolescenti et maturo seni τὸ (τον *γ r*) πǫέπον id est decus tribuendum est. annis ad (a)etatem retulit, naturis ut scias quemadmodum debeat uir loqui et quemadmodum mulier' *schol. Γ. in arte poetica particula* 'et' *nusquam postponitur et cf. Ouid. epist.* 14, 55: 'femina sum et uirgo, natura mitis et annis'

158 Re(d)dere *u* qui *Ω' ς'' florileg. Nostradam.* cum *M. Bonfinis* certo] *C non liquet*

uu. 159—200 *DEFICIT cod.* ε; *Ω'* = *γ B C F λ' δ u*

159 humū > (= et) gestit *B* conludere *C λ δ u* (*a et π*) colludere

colligit ac ponit temere et mutatur in horas.
inberbus iuuenis, tandem custode remoto,
gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,
cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
utilium tardus provisor, prodigus aeris,
sublimis cupidusque et amata relinquere pernix.
conuersis studiis aetas animusque uirilis
quaerit opes et amicitias, inservit honori,
commisisse cauet quod mox mutare laboret.
multa senem circumueniunt incommoda, uel quod

TESTIMONIA.

161—164 Ioannes Saresberiensis policr. VIII 24 162 uita Adalberonis c. 1 [Pertz. XIIII = XII p. 130] 165 schol. Γ (*γ* Fran. omis. Hauthal. Paulyus alii) epist. II 1, 100: 'ut alibi: et amata relinquere pernix' 166—168 Ioannes Saresberiensis policr. VIII 24 166 sq. 'animusque — amicitias' Seruius ad Aen. VIII 163 169—174 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 169 sq. florilegium Paris. 8818[a] 169 cf. Columbanus ad Sethum u. 21 [cod. Paris. 8303]: 'multa senem fragilis uexant incommoda carnis'

VARIA LECTIO.

γ B F ς' (*et Lips.*) et iram] plura *Hildebertus*, *C* 1 *non liquet* *u.* 160 *omis. F pr.* 160 Concipit *ω* [*Zarot.*] *Peerlk.*, *sed cf. Stat. Th.* XII 759 ac ponit *Ω' ς'* (*et π*) *flor. Nostr.* ac ponet *r* (*et Lips.*) et ponit *y Hildeb.* aut ponit *y* temere] te mete = te metere *B* motatur *C* hora *B*, *C non liquet* 161 Inberbus *γ C* 1 (*r* 2 *uar.*) *y* [*Mellicens.*] Imberbus *y* [*V*] Imberbis *τ ut uid.* Inberb//s *C* Inberbis *F λ δ u* (*π' σ a r v*) *florileg. Nostradam. Vincentius* Imberbis *β' τ l Hildebertus Ioannes Saresber.* Iberbis *B*; *Charisius lib.* I *p.* 95 *K.*: 'inberbi autem dicuntur, non inberbes: sic enim et Varro . . . et Cicero . . . Titus Liuius autem XVIII inberbis singulariter' *Acr.*: 'Inberbus et inberbis, sicut inermus et inermis' *recepimus formam rariorem* 162 æquis *F* 163 Cęreus *β'* ferens *Vincentius* uicium *λ δ* 1 flectit *γ* 165 cupidus, *omisso* que, *Vincentius* 166 Conuersi *B* animũque *B* uiriles *B* 167 Querit *u* amicicias *λ* amititias *ψ u* amiticias *C* *uu.* 168—170 *omis. δ pr.*, *add. in margine superiore* 168 Commississe *B* mox mutare *γ B λ corr.* 1 *aut* 2 *u* (*β' a v et Lips.* 2) *Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber.* mox motare *C* permutare *F λ' δ* (*σ τ r et π corr. Lips.* 1; mutare *π pr.*) post mutare *y* [*cod. Gonodii*] mox munire *y* [*Helmstad. Mellic.*] *in hoc usu particulae mox = postea ueteres grammaticos haesisse apparet ex Seru. ad georg.* I 24 *ubi eandem ob causam Hor. c.* III 6, 48 *adlegat* 169 inc//omoda *δ* in//commoda *u*

quaerit et inuentis miser abstinet ac timet uti,
uel quod res omnis timide gelideque ministrat,
dilator, spe longus, iners auidusque futuri,
difficilis, querulus, laudator temporis acti
se puero, castigator censorque minorum.
multa ferunt anni uenientes commoda secum,
multa recedentes adimunt. ne forte seniles
mandentur iuueni partes pueroque uiriles:

TESTIMONIA.

170 Acr. ad serm. I 1, 42: 'ut in arte poetica: miser — uti' 173 cf. Seneca de ira II 19, 4: 'senes difficiles et queruli sunt' 175 sq. 'multa — adimunt' Seruius ad Aen. V 344 cf. Seneca dialog. VII ad Gallionem de uita beata 20, 3: 'ego fortunam nec uenientem sentiam nec recedentem' 177 Eugraphius in Terent. Phorm.

VARIA LECTIO.

170 Querit *γ u* abstinet *Ω′ ς″ floril. Nostr.* abstūt (*sic*) *florileg. Paris.* 8818[a] ac timet] *omis. C* 1 & timet *C* 2 *Acr. ad serm.* I 1 *flor. Nostr. Vincentius* 171 quod] quia *Vincentius opp. flor. Nostr.* omnis *F y* [*π Montep. Petropolitan.*] omnes *cett.′ ς′ floril. Nostradam.* gelide timideque *flor. Nostrad.* timide *Ω′ florileg. Nostradam. cons. ς′* tumide *π′* geli *B* 172 Delator *B* *comma post* dilator *del. Doederlinus* longus *Ω′ ς″ florileg. Nostradam. Hildebertus* lentus *Bentleius* auidusque *Ω′ ς″ tractat. Vindobon. florilegium Nostradam. Hildebertus* pauidusque *e cod. Reginensi, ubi legitur* iners.⫶ auidusq:, *Bentleius; sed cf. Senec. epist.* 101, 8. 10: 'maximum uitæ uitium est, quod inperfecta semper est, quod aliquid ex illa differtur. qui cotidie uitae suae summam manum imposuit, non indiget tempore. ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum . . . cui uita sua cotidie fuit tota, securus est: in spem uiuentibus proximum quodque tempus elabitur subitque auiditas et miserrimus ac miserrima omnia efficiens metus mortis' *Aristotel. rhet.* II 13, 8: '*καὶ φιλόζωοι καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν*' *Sophocl. Acris. fragm.* 63 *N.*: '*τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ*' *Statius s.* IIII 3, 132: 'Aeneas auide futura quaerens' *Acr.*: 'cupidus futuri, quia semper senex timore mortis uiuere desiderat. nam timor mortis desiderium uitae est' 173 Dificilis *δ* quærulus *φ* *post u.* 173 *in y* [1 *cod. Feae*] *insertus est hic:* 'Laudat praeteritos, praesentes despicit actus' 174 censor castigatorque *ω opp. Ω′ ς″ flor. Nostr.* *uu.* 175—177 *del. Lehrsius* 175 uenientis *B* comoda *δ* 176 recedentis *B* seniles] uiriles *B* 177 Mandantur *u* Mand//tur (en superscr.) *λ* (*recte l*) Mandan̄//// *δ*

semper in adiunctis aeuoque morabimur aptis.
aut agitur res in scaenis aut acta refertur.
segnius inritant animos demissa per aurem
quam quae sunt oculis subiecta fidelibus et quae
ipse sibi tradit spectator: non tamen intus
digna geri promes in scaenam, multaque tolles
ex oculis quae mox narret facundia praesens.
ne pueros coram populo Medea trucidet,
aut humana palam quoquat exta nefarius Atreus,
aut in auem Procne uertatur, Cadmus in anguem.
quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.
neue minor neu sit quinto productior actu

TESTIMONIA.

IIII 5, 14: 'partes enim uirorum uiros, feminarum feminas, ut docet Horatius, agere conuenit' 179 Diomedes p. 490 K. 180—182 'Segnius — spectator' florileg. Nostradam. 180 sq. 'segnius irritant animum dimissa per aurem, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus' ex uita sancti Mochullei Hiberniensis episcopi [mon. Germ. SS. XX 512] 'segnius — fidelibus' Petrus Cluniacensis contra Petrobrasianos haereticos epist. [biblioth. Cluniacens. p. 1196c] Ioannis Saresberiensis quidam amicus [apud Giles. Thomae Cantuarensis oper. IIII p. 301] cf. Nazarius panegyr. Constant. Aug. c. 32: 'ad animum languidius accedunt, quae aurium uia manant, quam quae oculis hauriuntur' 187 cf. Claudianus I Eutrop. 293: 'in uolucrem Tereus, Cadmus se uertit in anguem'

VARIA LECTIO.

u. 178 *del. Ribbeckius* 178 morabimur *γ u λ corr.* 1 *aut* 2 (*β′ σ a r v et Lips.*) *tractat. Vindobon.* morabitur *B F λ′ δ* (*τ et π*) *commentator Cruquianus*, *C non liquet* apti *B* 179 scaenis *γ B ψ λ′* (*σ a*) *y Pph. Porph.′* scenis *cett. omis. Pf.* 180 inritant *λ* īritant *B* irritant *cett.* ς′ irritent (a above e) *flor. Nostr.* (*β in ras.*) demissa *Ω* ς″ dimissa *τ l y tractat. Vindobon.* emissa *flor. Nostr.* aurem *Ω′* ς″ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. Petrus Cluniac.* aures *y* [*Parisin.* 8216 *Valentian.*] 181 Quamque *B λ δ* 1 etque *γ λ* 183 scaenam *B ψ* (*β′ σ a l*) scenam *cett.* ς′ 184 que *λ u* p̄sens facundia narr& *y* [*Montepessul. Sorbonens.*] *opp. tractat. Vindobon.* 185 Ne *Ω′* ς″ *tractat. Vindobon. restituit Bentleius* Nec *v y ω* Neu *y* 186 quoquat *C* 1 *F y* [*β Gron. Montepessulan.*] coquat *C* coquat *cett.′* ς′ nefar atreus *λ* 187 procne *F* (*τ r* 1 *et Lips.* 1) ꝑne (g below) *λ* progne *cett.′* ς′ (*et π*) *illud praetulimus propter Vergil. georg.* IIII 15 cadmus *γ C δ u* cathmus *B* chathm' *λ* chadmus *F* 189 nec (u above) *u* neu *δ* neu *cett.′* ς′ (*et π*) *Pph.′* (ne//u *Lips.*)

fabula quae posci uolt et spectanda reponi;
nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus
inciderit; nec quarta loqui persona laboret.
actoris partis chorus officiumque uirile
defendat, neu quid medios intercinat actus
quod non proposito conducat et haereat apte.
ille bonis faueatque et consilietur amice,

TESTIMONIA.

191 sq. 'nec — inciderit' Seruius ad Aen. I 8. II 620. VIIII 764 floríleg. Nostradam. 192 'nec — laboret' Diomedes p. 491 K. uu. 196—201 florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

fit δ (τ) quinto] uicto *B* *q̊nto* *C* 2 *in lacuna* 190 que *u* uolt *C F λ′ δ* (*et π*) uult *cett.* ς′ et spectanda *γ C φ* (*a v et β π* 2) *Pph.′ tract. Vind.* et exspectanda *B* &///s//pectanda *ψ* et spectata *λ′* (+ tata) *δ u γ uar.* ς′ (*et Fran.*) et spectanda *v; Porph.′:* 'hoc est quae placere uult et iterum proferri' *schol. γ:* 'quae uult posci a populo et reponi spectanda ut denuo agatur, quae uult in auctoritatem uenire' *cf. u.* 37 *et s.* I 10, 39 reponi] reposci *Wyttenbachius* *u.* 191 *om. Fran. pr.* Nec *Ω′* ς″ *Pph.′ tract. Vind.* Non *floril. Nostr.* ne *Handius Tursellin.* IIII 122 neu *Schelleus* uindice] iudice *σ v* 1 *uar. y* 192 ne^c^quarta *γ* nec] ne *φ Diomedis codd. plerique*

uu. 193—195 *r* 2 *in ras.* 193 Actoris *Ω′* ς (*et π Fran. omn. codd. Cr.*) *Pph.′ Acr. tract. Vind.* Auctoris *y* (*β* 1) *ω* partis *B C* 1 *y* [*Montepessulan.*] partes *cett.′* ς″ parteis *y* [*omn. codd. Cruquii* (?)] offitium *γ F* 194 moedios *δ* intercenat *B* intercinat *cett.′* ς″ intercidat *σ τ y* 195 hereat *γ φ δ u* aptę *C ψ a. ras.*

196 *REDIT cod. v:* ς″ = *aut omnes codd. β′* (*β Fran.*) *v π′* (*π Lips.*) *σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur;* ς = *aut omnes codd. v σ τ a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

196 Illi *B* amice *γ B C u* ς (*et Fran. Lips.*) *florileg. Nostr.* amicę *F λ δ* (*τ v et β*) amicis *λ′ Acr. idem coni. Muretus* amici *F* 1 *y* [*π*] *cf. epist.* II 1, 128 197 amat *γ* 1 pacare *r* 1 *y* [*cod. Buslidian. ap. Cruquium cod. Victoris Giselini ap. Pulmannum codd. Statii*] p^a^ęccare *a* paccare *l* 1 peccare *γ B C F λ δ corr. u* (*β′ v π′ σ τ v*) *Ac. gloss. Γ tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* pecare *δ pr. y* [*Montepessulan. Parisin.* 8214 *Taurinens.*] timentis *F y* [*π Montepessulan.*] timentes *cett.′* ς′ *tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. cons. gloss. Γ* tumentes *y* [*cod. Victoris Giselini*] pacare tu-

et regat iratos, et amet pacare timentis;
ille dapes laudet mensae breuis, ille salubrem
iustitiam legesque et apertis otia portis;
ille tegat commissa, deosque precetur et oret
ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis.
tibia non, ut nunc, orichalco uincta tubaeque
aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco
adspirare et adesse choris erat utilis atque
nondum spissa nimis complere sedilia flatu;
quo sane populus numerabilis, utpote paruos,

TESTIMONIA.

202 sq. cf. Ioannes Saresberiensis policr. prolog. lib. VI: 'nam quis a semipagano tibiam aurichalco iunctam et aemulam tubae grandioris expectet?'

VARIA LECTIO.

mentes *uel* tumentis *receperunt Bentl. Meinekius Hauptius Linkerus alii* pacare timentis *recepimus cum Doederlino cf. epist.* I 4, 12: 'timores inter et iras' 198 mense *C* 199 Iusticiam *C* λ legis *C* ocia *C* 200 Intellegat γ 1

201 *DENVO INCIPIT cod.* ε; *Ω′* = γ *B C F* λ′ (λ *l*) δ ε *u*; ς″ = *aut omnes codd.* β′ (β *Fran.*) ν π′ (π *Lips.*) σ τ *a r* υ (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*; ς = *aut omnes codd.* ν σ τ *a r* υ (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

201 habeat δ *post u.* 201 *lacunam statuit D. Heinsius u.* 202 *om. y* [*Fran. pr.*] 202 non ut] *omis. B* ñ coricalcho *C* 1 orichalco φ *corr.* ψ *u Pph.*′ oricalco φ *pr.* λ′ δ ε oricalcho γ *C* 2 coricalcho *B* († auri) uincta γ *B F* λ′ δ *u* (π′ σ τ *a et* β 2 *Bland.*) *Pph.* iuncta *C ut uid.* ε (ν *r* 2 υ *et Fran.* 2 *Bland.*) *Pf. tr. Vind. Io. Sar. r* 1 *n. l.* 203 s, *C*

pauco γ *B C* ε *uar. u uar.* δ 2 ς′ (*et* β *uar. Fran.*) *Pph.*′ *cons. Acr.* paruo *F* λ′ δ 1 ε *u* (τ *et* β π 2 2 *Bland.*) *quod inuasisse uidetur ex u.* 206 pauco υ († paruo) 204 Adspirare *C* λ′ δ (ν *a et* π) Asspirare γ ε (σ) Aspirare *B F u* ς′ (*et Lips.*); *illud praetulimus et propter Vergilianos codices uetustissimos et allitterationis causa in hoc libro nonnumquam usitatae cf. uu.* 9. 42. 121. 247. 414. 416 coris *B* 205 conplere *u* (ν) complere *cett.*′ ς″ *u.* 206 *del. Hammersteinius*
206 Quod *B* ut pute *uel* utpute *C* δ ε (τ *pr.*) paruos *B C* paruus *cett.*′ ς″ parcus *Tan. Faber opp. Acr. tractat. Vindobon.*

et frugi castusque uerecundusque coibat.
postquam coepit agros extendere uictor et urbes
latior amplecti murus uinoque diurno
placari Genius festis impune diebus,
accessit numerisque modisque licentia maior.
indoctus quid enim saperet liberque laborum
rusticus urbano confusus, turpis honesto?
sic priscae motumque et luxuriem addidit arti
tibicen traxitque uagus per pulpita uestem;
sic etiam fidibus uoces creuere seueris,
et tulit eloquium insolitum facundia praeceps,
utiliumque sagax rerum et diuina futuri
sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
carmine qui tragico uilem certauit ob ircum,

TESTIMONIA.

208—214 cf. Plinius nat. hist. XVI 171 D.: 'postquam uarietas accessit et cantus quoque luxuria . . . .'   213 'rusticus urbano . . . turpis honesto' ecbasis captiui u. 619   220—224 'carmine — spectator' Diomedes p. 491 K. Mar. Victorinus II 4, 25 cod. Valent. fol. 35ʳ   220 sq. 'carmine — nudauit' Diomedes p. 487 K. florilegium Cusanum C 14   220 Seruius ad eclog. 3, 20 Isidorus orig. VIII 7, 5

VARIA LECTIO.

Ω′ = γ B C F λ′ (λ l) δ ε u: ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) v π′ (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. v σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

207 frugi] fugit *B*   catus *F* cautus *C ut uid. ψ corr.*   cohibat *F δ a. ras. u* cohibet *ε pr.*   208 Postquam *Ω′ ς″* (P′q *C*)   cepit *λ u*   urbes *Ω′ ς″ gloss. Γ* urbem *y*   *u.* 209 *bis exhibet τ fol.* 62ᵇ *fin. et fol.* 63ᵃ *in.*   209 Lacior *λ* Latior *cett.* laxior *Bentleius, sed cf. Ouid. fast.* III 181 *sq.*: 'moenia iam stabant, populis angusta futuris, credita sed turbae tunc nimis ampla suae'   implecti *B* uiuoque *γ* 1 uino, *om.* que, *B*   210 impune *γ B ς′* inpune *cett.* (*v σ v et β*) *Ac.* (ĩpune *Fran.*)   *uu.* 211. 213. 214 *r* 2 *in ras.* 211 numerus *u*   licencia *λ*   *uu.* 212 *sq. del. Paldamus, post u.* 224 *pon. Engelius*   *u.* 212 *omis. F* 1 *λ′* 1 *δ* 1 *aut pr.* (*π′* 1 *τ* 1 *r* 2; *r* 1 *non liqu.*) *add. in marg. F* 2 *λ′* 2 (*π′* 2 *τ* 2) *testantur Acr. tract. Vind.* 214 Hic *y* [1 *Bland.*]   prisce *φ*   luxuriem *γ F λ′ δ ε ς′* (*r* 2 *et Lips.* 2) luxuriam *B C u* (*π′*) *Pph. tractat. Vind.* luxuriam *v* luxuria *Pf.*; *r* 1 *non liquet*   215 Ticen *B*   216 Hic *y* [1 *Bland.*] 217 Etulit *λ*   p̃ces *λ*   *u.* 218 *paene euanuit in C*   219 Sortileges *ε pr. aut* 1   220 cantauit *γ y Ac.* certauit *cett.′ ς″ Pph.*

mox etiam agrestis Satyros nudauit et asper
incolumi grauitate iocum temptauit eo quod
inlecebris erat et grata nouitate morandus
spectator functusque sacris et potus et exlex.
uerum ita risores, ita commendare dicacis
conueniet Satyros, ita uertere seria ludo,
ne quicumque deus, quicumque adhibebitur heros,
regali conspectus in auro nuper et ostro,
migret in obscuras humili sermone tabernas,

TESTIMONIA.

221 cf. Ausonius Mosell. 170 sq.: 'hic ego et agrestes Satyros et glauca tuentes Naidas extremis credam concurrere ripis' 223 cf. Ouidius metam. IIII 284: 'dulcique animos nouitate tenebo' 224 'exlex' glossarium Mai [classic. auct. VIII 200] incerti excerpta argumenti grammatici § 26 p. 207 Eichenf. et Endlich.

VARIA LECTIO.

Porph.' Victorin. tractat. Vind. Isidorus ircum *B C F λ y* [*Mell. Parisin.* 8216 *Valentian.* 1] *Isidori cod. Parisin.* 7582 *saec.* X yrcum σ (h)ircū *Pph.* hircum *γ ε u* (*ν π' τ l*) *Pf. Diomed. florileg. Cusan.* hyrcum *δ* (*a r v cons. β'*) *cf. Quintilian. instit.* I 5, 20 221 mox] Vox *florileg. Cusan.* agrestis *γ* 1 *C* (*a*) *y* [*π Bruxellens. Gronou. Mellicens. Montepessul. Parisin.* 10403] *Pph.' florileg. Cusan. Diomedes p.* 487 *K.* (*omis. codd. p.* 491) *Marius Victorinus* (*cod. Valentian.*) agrestes *cett.' ς'* satiros *C δ u* nudauit] nouauit *Diomedis codd. utrobique*, *recte Pph.' Victorinus* (*cod. Valent.*) 222 Incolomi *γ B ε* (*ν σ r et π* 2) *Diomedes* Incolumi *cett.' ς'' Marius Victorinus* grauitate] *omis. codd. Diomedis p.* 491 locum *δ ε* (*τ r* 1 *et π Lips. corr. ut uid.*) *Diomedes*; *B utrum* locum *an* Iocum *uoluerit non liquet*, iocum *cett.' ς'* (*et Lips. pr. ut uid.*) *Acr. tractat. Vindobon. Marius Victorinus* 223 inlecebris erat] Inerat *λ* (ł Illecebris) Inlecebris *B C corr. δ* 2 (*a l corr. r* 2 *et β* 1) *Acr. Diomedes* Enlecebris *C pr.* Incelebris *F δ* 1 *ε* (*τ* 1 *l pr. r* 1 *et π* 2 *Lips.*) Illecebris *γ u* (*ν σ τ* 2 *v et Fran.*) *tractat. Vindobon.* Illecerebris *Mar. Victorinus* (*cod. Valent.*) Illec//ebris *τ* erat *omis. F pr.* (*et π*) et] *omis. δ* (*τ*) & grata erat *C* grata] *omis. codd. Diomedis* 224 Spectatus *C* 225 cōm̄endare *B* dicacis *B C* dicaces *cett.' ς'' tractat. Vindobon.* loquaces *y* 226 Conueniat *B* (*β'*) *opp. tractat. Vind.* satiros *C δ u* ita uertere] auertere *B C* 227 adhibetur *B ε* (*et Lips. pr.*) adibebitur *C* et heros *B*

aut, dum uitat humum, nubes et inania captet.
effutire leuis indigna Tragoedia uersus,
ut festis matrona moueri iussa diebus,
intererit Satyris paulum pudibunda proteruis.
non ego inornata et dominantia nomina solum
uerbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo,
nec sic enitar tragico differre colori,
ut nihil intersit, Dausne loquatur et audax
Pythias emuncto lucrata Simone talentum,
an custos famulusque dei Silenus alumni.
ex noto fictum carmen sequar, ut sibi quiuis
speret idem, sudet multum frustraque laboret
ausus idem: tantum series iuncturaque pollet,

TESTIMONIA.

230 cf. Ioannes Saresberiensis policr. VIII 5: 'nubes — captant;' imitatus est Persius 5, 7: 'grande locuturi nebulas Helicone legunto' 232 sq. Acribo scholasticus music. p. 205 [t. II Gerbert.] 240 'ex — sequar' schol. Γ epist. II 1, 167 240—242 'Ut sibi — idem' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

230 dum] nū *B C* uitet *u* (τ) u*itet* ε uitat *cett.*' ς'' *Ac. Acr. tractat. Vindobon.* 231 Effuttire γ *F* λ Eeffutire δ leuis γ 1 *B C* (*v a cons.* π) *y* leues *cett.*' ς' indignata *B* traguedia *F* δ 1 *aut pr.* tragoedia γ tragedia *u* 233 satiris *u* pp̄tuis *F* *uu.* 234—243 *Spengelius post u.* 250 *ponebat, suspect. Gruppeus opp. Porph.' Acr. tractat. Vindobon.* 234 nomine *B C* 1 235 pisonis *F* λ' δ 1 ε (*et* π*;* personis τ 1) satirorum *u* 236 Ne γ *pr. opp. tractat. Vindobon.* 237 nichil *u* da^{u}sne *B* dausne *C* dauusne *cett.*' ς'' et *B C y* [*Γ et alter Bland.*] an γ *F* λ' δ ε *u* ς'' *Ac. cf. uar. lect. epist.* I 12, 17 238 Pythias *F* λ' δ ε Pithyas γ *B C* Phithias *u* 239 alunni *u* 240 carmen fictum *u y* [*Bruxell. Petropolit.*] *opp. cett.*' ς'' *Ac. schol. Γ epist.* II 1, 168 *uu.* 240—243 *del. Ribbeckius* 241—243: *aut uu.* 242 *sq. aut* 'sudet — idem' *delenda censet Gruppeus* 241 : : peret ε Spiret λ' Sperat τ *pr.* frustaque ε 242 : : : sus ε

uu. 243—410 *DEFICIT cod.* ε*:* *Ω'* = γ *B C F* λ' δ *u;* ς'' = *aut omnes codd.* β' (β *Fran.*) *v* π' (π *Lips.*) σ τ *a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur:* ς = *aut omnes codd. v* σ τ *a r v* (*l*) *aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur*

tantum de medio sumptis accedit honoris.
siluis deducti caueant me iudice Fauni,
ne uelut innati triuiis ac paene forenses
aut nimium teneris iuuenentur uersibus umquam,
aut inmunda crepent ignominiosaque dicta:
offenduntur enim quibus est equos et pater et res,
nec siquid fricti ciceris probat et nucis emptor
aequis accipiunt animis donantue corona.
syllaba longa breui subiecta uocatur iambus,

TESTIMONIA.

247—250 florileg. Nostradam. 248 Ioannes Saresberiensis policr. VIII 10: ‘offenditur enim, quibus — res’ 251—262 cf. Marius Plotius IIII 30 p. 268 Gaisf.: ‘secundum rationem metri iambici huc usque extendi metrum iambicum deberet, a dimetro usque ad trimetrum, quam-

---

VARIA LECTIO.

Ω′ = γ B C F λ′ δ u; ς″ = aut omnes codd. β′ (β Fran.) ν π′ (π Lips.) σ τ ά r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ς = aut omnes codd. ν σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

243 sunptis *u* accedit *Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* accedet *τ y* Botheus accessit *y* 244 Silua *u opp. cett.′ ς″ tractat. Vindobon.* (ł siluis) educti *y* [2 *codd. Feae*] *Marklandus opp. Acr. tractat. Vindobon.* iudice] lucide *C* 245 uelud *λ* 1 *aut pr.* paene *ν* poene *λ corr.* pene *cett.* 246 uersib; istis vnq *C* unquam *γ B C* (*v et Fran.*) umquam *cett.′ ς′* (*et β*) *u.* 247 *post u.* 248 *florileg. Nostradam.* 247 immunda *u* (*l*) *florileg. Nostradam. pr.* ĩmunda *B* inmunda *cett. ς″ Ac. florileg. Nostradam. corr.* ign(o)miniosaq. *δ* dicta] uerba *ω* [*Mediolan.* 1476. *Lips.* 1498] *excerpta Frisingensia opp. tractat. Vindobon. qui* ‘uerba’ *exhibet pro interpretatione; dicta r* dicam *florileg. Nostradam.* 248 equos *B C* 1 (este q(o)s *B*) æquus *δ a. ras.* eq(u)us *C* 2 *cett.′* equs *y* [*Montepessul.*] 249 siquid *B* (ł t) fricti *γ F λ′* 1 *δ corr. u C* 2 *ς′* (*et Lips. omn. codd. Cruqu.*) *Ac. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* stricti *C* 1 fracti *B δ pr. λ′* 2 (*τ v et π* 1); *frictum cicer, quod hodieque appellatur cecio fritto, et frictae nuces occurrunt apud Plautum bacch.* 767. *Poenul.* I 2, 112

250 donantque *u* (*π′ r*) donant, *om.* ue, *B* (ł ue) donantue *u uar. cett.′ ς′* (*et π uar. Lips.* 2) *florileg. Nostr.* donantq; *v* coronã, *lineola fort. ab alt. m., γ* 251 Sillaba *γ* 1 *B u* longa] nona *B* subiuncta *τ opp. Pph.′*

pes citus; unde etiam trimetris adcrescere iussit
nomen iambeis, cum senos redderet ictus
primus ad extremum similis sibi: non ita pridem,
tardior ut paulo grauiorque ueniret ad auris,
spondeos stabilis in iura paterna recepit
commodus et patiens, non ut de sede secunda
cederet aut quarta socialiter. hic et in Acci
nobilibus trimetris apparet rarus, et Enni
in scaenam missos cum magno pondere uersus
aut operae celeris nimium curaque carentis
aut ignoratae premit artis crimine turpi.

TESTIMONIA.

uis Horatius usque ad trimetrum praeceperit, cum de sexto pede uel septimo iambico nullam fecerit mentionem' 251 sq. 'syllaba — citus' Marius Plotius IIII 3 252 sq. 'pes — iambeis' Pseudoacron uolgatus (non Acr. γ) ad c. I 16, 24 254—256 'non ita pridem — recepit' Marius Plotius IIII 3 p. 268 Gaisf. 257 sq. 'non ut — socialiter' Marius Plotius IIII 6 et IIII 7 p. 269 Gaisf.

VARIA LECTIO.

252 trimetris] iri metris *B* adcrescere *C φ λ′ δ u* (*a v ct π*) adcrescere *ψ* accrescere *cett. ς* (*r* 2 *et Lips.*) *r* 1 *n. l.* acr: *β′* accedere *Pph.′* 253 Nomen *Ω′ ς′* (Nomen *Fran.*) *Pph.′ Porph.′ Acr.* momen *Ribbeckius* iambis *B Pph.* 253 *sq. post* iambeis *punctum ponit Iahnus nou. annal. phil. et paedag.* XXXXVII 474 *post u.* 254 *lacunam statuit Ribbeckius* 255 paulo *Ω′ ς′ Pph.′ Acr. Plotius* paulum *π′ r* auris *π′ r y* [*Montepessul.*], *C non liquet*, aures *cett.′ ς′ Pph.′* *uu.* 256—258 *legi uix possunt et in antecedentibus nonnulla euanuerunt in C* 256 Spondios *B* stabilis *B y* [*π*] stabiles *cett.′ ς′* pat̄na in iura *u* paterna] alterna *Batauus quidam in actis societatis Vltraiect.* III 101 *et C. F. Hermannus philol.* X 233 257 paciens *λ* 258 acci *γ C ς″* aci *a pr.* achi ƚ acci *B*
ƚ ii
accii *F λ′ δ u* (*τ* 1 *n. l.*) acci *v* Atti *ω opp. tractat. Vindobon.* 259 Mobilibus *P. Victorius opp. Bentl.* appar&] *φ n. l.* *post* rarus *duo puncta ponit D. Heinsius opp. tractat. Vindobon.* ennii *F λ′ δ u* 259 *sq.* et Enni. In scenam missus *Marcilius et Bentleius* 260 scęnam *B C* (*σ τ a l et Fran.*) cenam *λ pr.* scenam *cett.* missus *Piscator* cum magno pondere *Ω′ ς″ Ac. Bentl.* magno cum pondere *v y ω*, *sed cf. apparat. critic. ad serm.* I 10, 49 magno quod pondere *M. Bonfinis* 261 opere *C φ* celeris (sceleris *ψ*) nimium *Ω′ ς″ Pph.′* nimium celeris *a y opp. Ac.* 262 ignotę *γ pr.*

non quiuis uidet inmodulata poemata iudex,
et data Romanis *ueniast indigna poetis.
idcircone uager scribamque licenter, an omnis
uisuros peccata putem mea, tutus et intra
spem ueniae cautus? uitaui denique culpam,
non laudem merui. uos exemplaria Graeca
nocturna uersate manu, uersate diurna.
at uestri proaui Plautinos et numeros et
laudauere sales, nimium patienter utrumque,
ne dicam stulte, mirati, si modo ego et uos
scimus inurbanum lepido seponere dicto,

TESTIMONIA.

263 cf. Auson. edyll. 4, 56: ‘te praeeunte, nepos, modulata poemata Flacci’ 267 cf. ecbasis captiui u. 745: ‘hanc meruit poenam, uitasti denique culpam’ 268 sq. ‘uos — manu’ Acr. ad serm. I 3, 117

VARIA LECTIO.

263 inmodulata *γ C δ u* (*β′ ν v*) ĩmodulata *B* immodulata *cett.′ ς′* poemate *F* poemata *cett.′ ψ corr.* 264 Sed data *y* uenias *B* uenia est *cett.′ ς″* uenia *y* indigna] iniusta *y* [*Montepessul.*] *opp. tract. Vind.* 265 Iccircone *C* (*σ*) Iccirco, *om.* ne, *B* Idcircone *cett.′ ς″ Ac.* an *γ B C λ′ δ ς″ Ac. Acr. tract. Vind.* ut *u y* [*Barcinon. corr. Basil.* l (*superscr.* ł an) *Parisinus* 8219 *uar.* 1 *cod. Statii*] *Bentl. consentire Acronem dicens* ł ut an *v* at *y* [*Bernens.* 542] *Gruppeus* et *y* [*Parisin.* 8216] *Fea* omnis *B C* 1 *λ′ δ* (*ν τ a*) *y* [*β π* 2 *Brux. Gron. Montep. Vossian.*] *ω Ac.* omnes *γ u* (*σ r v et Fran. Lips.*, *π* 1 *non liqu.*) 266 intra] extra *Lambinus* uenie *γ* 266 *sq.* cautus? uitaui *codd. Acr. tractat. Vind. Lambinus Bentl. Fea* mea? . . . cautus uitaui *interpung. Doederlinus* uitaui — merui *del. Gruppeus* incautus uitaui *Hamacherus: sed hic locus nulla eget emendatione, uerum recta interpretatione uocabuli* ‘tutus’, *de quo cf. u.* 28 268 graeca *B* (*a et π*) gre//ca *λ* greca *cett.* *uu.* 270—274 *del. Gruppeus*, *inter uu.* 262 *et* 263 *ponit Prinzius* 270 Aut *γ* A//t *l* uestri *Ω′ ς″* (*et omn. codd. Cruqu.*) *tractat. Vindobon.* nostri *y* [*Bernens.* 508 *Nostradam. uar. Vossian. fol.* 130] *ω ubi uerba* ‘At — sales’ *non Horatio*, *sed Pisonibus tribuebantur* 271 pacienter *F* 272 Ne stulte dicam *y* Ne dicam *Ω′ ς″ Acr.* Non dicam *y* [*Nostradam. pr. Valentian.* 1] *Sanadonus* nec dicam *Stallbaumius* miratis modo *B* 273 laepido *F* sepondere *B* dictum *u y* dicto *cett.′ ς″ Pph.′ Acr. tractat. Vindobon.* dicto *v* dictu *y*

legitimumque sonum digitis callemus et aure.
ignotum tragicae genus inuenisse camenae
dicitur et plaustris uexisse poemata Thespis,
quae canerent agerentque peruncti faecibus ora.
post hunc personae pallaeque repertor honestae
Aeschylus et modicis instrauit pulpita tignis
et docuit magnumque loqui nitique coturno.
successit uetus his comoedia, non sine multa
laude; sed in uitium libertas excidit et uim
dignam lege regi: lex est accepta, chorusque
turpiter opticuit sublato iure nocendi.
nil intemptatum nostri liquere poetae;
nec minimum meruere decus uestigia Graeca

TESTIMONIA.

274 Pseudoacron uolgatus ad c. IIII 9, 49. Ioannes de Muris summa musicae c. 9 [III p. 209 Gerbert.] 275—288 Donatus (?) de tragoed. et comoedia fragm. p. XVII Klotz. 275—280 cf. Apollinaris Sidonius carm. 9, 232—235: 'pictum faecibus Aeschylon secutus aut plaustris solitum sonare Thespin, qui post pulpita trita sub coturno ducebant olidae marem capellae' 275—277 Diomedes p. 487 K. 278 cf. Athenae. I 21[d]: '*καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα* . .' 282 sq. 'Plerumque in uitium — regi' florileg. Nostradam. 283 sq. 'lex — nocendi' Ioannes Saresberiensis policr. VII 24

VARIA LECTIO.

274 digito *Ioannes de Muris* 275 camenae *Ω′ ς″ Pph.′* 276 plausis *B C* 1 plautus *uel* plauctus *codd. Diomedis* uectasse per Hellada *coni. Cuninghamus* uixisse *B* (*a pr. ut uid.*) thespis *γ* (*β′ ν σ a*) lyspis *B* thepsis *C* thesphis *F λ′* (*π′ r*) tesphis *δ u* (tesp, /i, , s *τ*) *u.* 277 *delet Lehrsius* 277 qui *Bentleius opp. Ω′ ς″ Ac. Acr. tr. Vind. Diomed. Donat. et cf. Apoll. Sid. quem supra laudauimus*

peruncti] infecti *Diomedes opp. Pph.′* faecibus *B C* (*a l et Fran.*) *Pph.′ Diomedes* fecibus *cett.′ ς′* (*et β*) ora] atris *B C, in C superscr.* ł ora, ora *cett.′ ς′ tractat. Vindobon.* (or, /a *π*) 278 persone *δ* 1 *ut uid.* palle *γ δ u* honeste *δ* 1 279 Aeschylus *γ B λ corr. δ corr.* Haeschylus *C* Aeschilus *ν σ a Pph.′ Porph.′* Aeschynus *φ corr. ψ λ′ δ pr.* Aeschinus *φ pr. u ς″* Aescinus *τ* pulputa *B C* (pulputat ignis *C*) 280 nitiq.] nit *in ras. C* coturno *Ω′ ς″* 281 comedia *C δ u* 282 s, *C* uīs *C* *u.* 283 *omis. B* 283 est *omis. C* 284 opticuit *F* (*et Fran.*) *tractat. Vindobon.* obticuit *cett.′ ς′* (*et β*) obtinuit *υ* 285 *post* poetae *punctum ponit Doederl.* , , /liquere *δ*

286 minimū *in ras. δ* graeca *B* (*et π*) greca *uel* gca *cett.′ ς′*

ausi deserere et celebrare domestica facta,
uel qui praetextas uel qui docuere togatas.
nec uirtute foret clarisue potentius armis
quam lingua Latium, si non offenderet unum
quemque poetarum limae labor et mora. uos, o
Pompilius sanguis, carmen reprehendite, quod non
multa dies et multa litura coercuit atque
perfectum deciens non castigauit ad unguem.
ingenium misera quia fortunatius arte
credit et excludit sanos Helicone poetas
Democritus, bona pars non unguis ponere curat,
non barbam, secreta petit loca, balnea uitat.
nanciscetur enim pretium nomenque poetae,
si tribus Anticyris caput insanabile numquam

TESTIMONIA.

288 Diomedes p. 489 K. 290 sq. imit. Persius 1, 61: 'uos o patricius sanguis' 292—294 'Carmen — unguem' florileg. Nostradam. 295 florilegium Cusanum 297 sq. 'Bona pars ungues non ponere — loca' florileg. Nostradam. 298 'secreta — uitat' Pompei commentum [uol. V p. 162 Keil.] 298 'balnea uitat' Seruius [Sergius] comment. in Donatum p. 431 K.

VARIA LECTIO.

288 Vel (+ ut) *φ* pretextas *γ*, *C n. l.* togatis *B C* *post* togatas *comma ponit Doederlinus* 289 uirtute~~m~~ *γ* clarisq *B C* clarisue *cett.′ ς″* potencius *λ* 290 Qua *C*, *fort. euanuit lineola* lĩgua *u* lacium *λ pr.* 291 uos o] ũsu ═ uersu *B* 292 reprendite *C* (*ν σ*) rependite *B* reprehendite *cett.′ ς″ Acr. in textu tract. Vind. florileg. Nostradam. cf. serm.* I 10, 52. 55 293 coercuit *Ω′ ς″ florileg. Nostradam.* cohercuit *a* 294 p̄sectũ *B* Presectum *C ut uid.* Praesectum *y* [*V et alt. Bland. et fort. Gronou.* 1, *probiores aliquot Statii, Mureti unus et Vaticanus apud Lambinum*] *Lambinus Bentl.* Perfectum *cett.′ ς″ Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.; illud plerique recentiorum praetulerunt; at Fea docuit praecisorum unguium in hac ultima politura nullum esse usum* Perpectũ (s) *y* [*π*] deciens *B* decies *cett.′ ς″ florileg. Nostrad.* 295 quia] q *B uu.* 296—299 *propemodum euanuerunt C* 296 elicone *F λ′ δ u* 297 unguis *B C* 1 *λ′ δ* (*π′ τ a r υ et β*) ungues *cett. ς′ flor. Nostrad.* *u.* 298 *omis. u* 1, *add. u* 2 *in marg.* 298 barbas *B*, *C. n. l.*, *opp. floril. Nostr.* petit] fugit *Pompeius* 299 p̄cium *λ* poete *φ* poeta *Peerlkampus* 300 anticiris *u* añcyris ═ antccyris *B* (*l pr.*) anticyris *cett.* nunquam *B C* (*et Fran.*) numquam *cett.′ ς′*

tonsori Licino commiserit. o ego laeuos,
qui purgor bilem sub uerni temporis horam!
non alius faceret meliora poemata: uerum
nil tantist: ergo fungar uice cotis, acutum
reddere quae ferrum ualet exsors ipsa secandi;
munus et officium, nil scribens ipse, docebo,
unde parentur opes, quid alat formetque poetam,
quid deceat, quid non, quo uirtus, quo ferat error.
scribendi recte *saperest et principium et fons;
rem tibi Socraticae poterunt ostendere chartae,
uerbaque prouisam rem non inuita sequentur.

TESTIMONIA.

304 sq. 'Fungar — secandi' florileg. Nostradam.; Hildebertus epist. lib. I 8: 'nouimusque poetam fungi uice — secandi' cf. Emisii epist. inter epist. s. Thomae Cantuarensis [IIII p. 201 Giles.]: 'numquid tunc fungebamini uice cotis — secandi?' Ioannes Saresberiensis epist. 179: 'lyricum . . . imitabor fungens uice cotis — secandi' 305 'exsors' incerti excerpta argumenti grammatici § 26 p. 207 ed. Eichenf. et Endlich. (cf. ad uu. 20. 224) 309 florilegia Nostrad. et Cusanum, hoc ex Porphyr., non ex Hor. 311 Quintil. inst. I 5, 2 cf. Asinius Pollio apud Porphyr. ad h. u.: 'male hercule eueniat uerbis, nisi rem sequantur'

VARIA LECTIO.

301 laeu^{v}//s *a* leuus *C u* laeuus *cett.'* leuis *y* stultus *v uar.* 302 pu^{r}gor *λ* purgor *cett.* ς' *Pph.' Ac. Acr. tract. Vind.* pungor *σ pr.* purger *r* (*et Lips. pr.*) purgo *y ω* bili *Cruquius ex tribus commentariis Bland. opp. tractat. Vindobon.* horam] auram *Heinsius et Burmannus opp. Pph.'* 304 tantis ẽgo *B* tanti est ergo *cett.'* ς' (est *om. β* 1) ergo] e^{r}go sed *u* ergo *l* ego sed *y* [*Nostradam.*] sed ego *y* [*Par.* 7976] 305 exsors ipsa *λ u γ uar.* (*ν σ* 2 *τ l* 2 *v*; etsors *l* 1) *tractat. Vindobon. florileg. Nostrad. Emisius* cons. *grammatic. incert.* exors ipsa *F δ* (*β' σ* 1 *r et Lips.*) *Acr. Hildebertus Ioannes Saresber.* exsortita *γ* (*a*) *y* exortita *B C λ uar. δ* 2 *uar. Ac.* exors *ipsa secandi y* [*π*] (AŁ LIB̄ Exortita *λ*) 306 offitium *γ φ u* nihil *δ pr. y* 307 parentusopes *B C* 1 308 Qui^{d} *λ* doceat *γ δ pr. aut* 1 (*ν* 1 *a* 1 *r* 1) *in γ superscr.* aƚ deceat qui non *B λ pr.* uirtus] iustus *γ* 1 *post u.* 308 *uu.* 332—346 *ponit Lehrsius* 309 recte sapere *λ pr.* (*ν*) recte sapere est *cett.* ς'' *Pph.'* sapere recte est *τ* est principium, *om.* et, *B* 310 socratice *C* chartae *B C Pph.'* cartae *F λ' δ u* charte *γ* kartae *y* [*Petropolit.*] 311 sequontur *C* sequuntur *B* sequentur *cett.' Pph.' Porph.' tractat. Vindob. Quintilianus cons.* ς''

qui didicit patriae quid debeat et quid amicis,
quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes,
quod sit conscripti, quod iudicis officium, quae
partes in bellum missi ducis: ille profecto
reddere personae scit conuenientia cuique.
respicere exemplar uitae morumque iubebo
doctum imitatorem et uiuas hinc ducere uoces.
interdum speciosa locis morataque recte
fabula nullius ueneris, sine pondere et arte,
ualdius oblectat populum meliusque moratur,
quam uersus inopes rerum nugaeque canorae.
Grais ingenium, Grais dedit ore rotundo
Musa loqui, praeter laudem nullius auaris.
Romani pueri longis rationibus assem
discunt in partis centum diducere. 'dicat

TESTIMONIA.

uu. 312—316 florileg. Nostradam. 313 ecbasis captiui u. 618 315 'profecto' incert. gramm. § 51 p. 210 Eichenf. et Endlich. 323 sq. 'Graiis ingenium — loqui' Otto Frisingensis chronic. lib. I c. 27 'Grais dedit — loqui' tractat. de duce Ernesto [VII p. 193 Haupt.] cf. Apollinaris Sidonius carm. 23, 236: 'seu linguae Argolicae rotunditate'

VARIA LECTIO.

312 Quid^{di}dicit *γ* Cui didicit *B* Quos ita more *B* 314 Quid ... quid *σ τ* Quo *C* 1 officiumq, quę *B* officiũque *C* (*a* 1) offitiũ quae *u* 316 persona *B* 317 iubbo *λ pr.* (*sic*) uidebo *ψ pr.* (*l* 1 *et β* 1) *γ* 318 uiuas *Ω′ ς″* (*et omn. codd. Cruqu.*) *tract. Vind.* ueras *γ ω Lambinus* 'uiuas uoces id est ueras' *Acr.* ducere] reddere *γ* [*Petropolit. Sorbon.*] 319 spetiosa *γ F* locis *B C λ* 2 *δ* 2 *aut corr. ς′* (*et Lips. corr.* 4 *Bland.*) *Pph.′ Porph.′ Ac. Acr. gloss. Γ* iocis *F λ′ δ* 1 *aut pr. u* (*π′ σ τ*) *tractat. Vindobon. Iason de Nores; cf. Quintilian. instit.* VII 1, 41: 'plerique ... contenti sunt locis speciosis modo uel nihil ad probationem conferentibus' 'colligit saepe magis placuisse fabulam, quae nudis narr(ar)etur uerbis, quoniam res spectatorem delectarent, quam quae locis communibus explicaretur' *Porph.′*

322 regum *B* nuge *γ* 323 Grais *F δ corr.* 1 *aut* 2 *u* (*ν r v et β π p. ras. Lips.*) Graiis *B λ′ δ pr. aut* 1 Gragus *γ C* grais *F δ u* (*ν r v et β Lips.*) *Pph.′* graiis *B C λ′* gragus *γ* rutundo *C* 324 Mulsa *B* propter laudem *Sanadonus* 325 racionib; *λ* 326 partis *B* (*π′*) *γ* [*β* 1 *ut uid. Reginens.* 1] partes *cett.′ ς* (*et Fran.*)

filius Albini: si de quincunce remotast
uncia, quid superat? poteras dixisse'. 'triens'. 'eu!
rem poteris seruare tuam. redit uncia, quid fit?'
'semis'. at haec animos aerugo et cura peculi
cum semel imbuerit, speramus carmina fingi
posse linenda cedro et leui seruanda cupresso!
aut prodesse uolunt, aut delectare poetae,
aut simul et iucunda et idonea dicere uitae.

TESTIMONIA.

329 'Rem poterit seruare suam' florileg. Nostradam. 330 sq. 'Animos — fingi' florileg. Nostradam. 332 cf. Persius 1, 42: 'et cedro digna locutus (carmina)' Ausonius epigr. 34, 13 sq.: 'huius in arbitrio est, seu te iuuenescere cedro seu iubeat duris uermibus esse cibum' 333—337 florileg. Nostradam. 333 sq. Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 Ioannes Saresberiensis policr. I 8. idem rectius metalog. II 8 334 Seruius ad Aen. VI 660

VARIA LECTIO.

centum] ·c· *B* dicat *Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* dicas *Bentleius; cf. c.* I 27, 10 327 Fillius *λ a. ras.* alba nisi dequincuncere motast *C* 1 albani *B C* 1 (*ν a υ pr. et β*) albini *cett.′ ς″ Ac. tr. Vind.* sede qcq *B* quinqunce *u* quincunce *cett.′ cons. ς″* remotast *C* remota est *cett.′ cons. ς″* 328 Untia *u* Uncta *B* superat *Ω′ ς″ tractat. Vindobon.* superest *γ uar. y* superet *y* [*Zulichemian.*] *Bentl.* poteras *B C F λ′ δ* 1 *u* (*τ r υ et π* 2 *Fran. Lips.*) *tractat. Vindobon.* poterat *γ δ* 2 (*ν σ a et β π* 1 *Fran. uar.*) *Bentl.* poteris *Horkelius* properat *Schneidewinus philol.* III 539; poteras = potes *ut Vergil. ecl.* 1, 79 *Plin. epist.* III 5, 16 *Ouid. trist.* V 1, 49 *metam.* I 679 *Hor. serm.* II 1, 16 dixisse, triens? *interp. Bentl.* eu *γ B C δ in ras.* (*ν π′ ut uid. σ τ r et* 4 *Bland.*) heu *a* est *F λ′ δ* 1 *ut uid. u* (*β′ ut uid. υ*) hem *y* en *y* heus *y* 'euge' *interpretantur Acr. et tractat. Vindobon.* 329 reddit *B* untia *u* unctia *B* quid est *B*, *utrum* quid fit *an* quid sit *habuerit C*, *non liquet* 330 Senis *B* at *y* [*π* 2 1 *cod. Feae* 1 *Valarti* 2 *Cruquii p. ras.*] an *B y* [*V et* 2 *alii Bland. a. corr.*] *idem coni. Statius* ad *cett.′ ς″* (*π′ ut uid.*) *cf. apparat. critic. serm.* I 6, 87. *scholia tacent* hec *u* erugo *C δ u supr. u.* peculii *ψ u* (*l*) *flor. Nostr.* peculi *cett. ς″ cf. Vergil. ecl.* 1, 32: 'nec cura peculi' 331 inbuerit *ψ corr. λ* (*et β*) *flor. Nostrad.* imbuerit *cett. ς′* speramus *γ B C ψ corr. λ* 2 (*β′ ν a*) speremus *F λ′ δ u* (*π′ σ τ r υ*) *tract. Vind. floril. Nostrad.* 'sperandum est' *Acr.* cupresso? *plerique* uu. 332—346 *post u.* 308 *ponit Lehrsius* u. 334 *del. Gruppeus* 334 aut iucunda simul et idonea *Ioannes Saresber. policrat. opp. metalogic.* aut] et *Seruius*

quicquid praecipies, esto breuis, ut cito dicta
percipiant animi dociles teneantque fideles:
omne superuacuum pleno de pectore manat.
ficta uoluptatis causa sint proxima ueris,
nec quodcumque uelit poscat sibi fabula credi,
neu pransae Lamiae uiuum puerum extrahat aluo.
centuriae seniorum agitant expertia frugis,
celsi praetereunt austera poemata Ramnes:
omne tulit punctum qui miscuit utile dulci,
lectorem delectando pariterque monendo.
hic meret aera liber Sosiis, hic et mare transit

TESTIMONIA.

335—337 Hildebertus moral. philos. p. 961 336 ecbasis captiui u. 585 339 Seruius ad Aen. XII 83 341 glossarium Mai [classic. auct. VIII 117] 342 cf. Martialis I 25, 2—4: 'profer opus, quod nec Cecropiae damnent Pandionis arces nec sileant nostri praetereantque senes' 343 sq. florilegium Nostradamense 343 florilegium Parisinum 8818[a] Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 Ioannes de Muris summa musicae c. 2 [III p. 195 Gerbert.] Adam de Fulda musicae part. tertia c. 8 [III p. 362 Gerbert.] Ioannes Saresberiensis metalog. II 8. idem epist. 80: 'alter enim omne tulit punctum et miscuit utile dulci' 344 'delectando — monendo' ecbasis captiui u. 588

VARIA LECTIO.

